S. g. 42

oo

unq. oh

Theol. Ge

III. E. 49.

OOHo

Theol.

7. K. VIII. 857.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-666680-p0002-1

f. 1769

IO. FRID. LÜDEKE,
RECTOR. LYC. NEOBRANDENB. BIBLIOTHEC. ET
HVMAN. TEVTONIC. SOCIET. HALENS. MEMBR.

TABVLAE SYNOPTICAE

IN

THESES THEOLOGICAS

SIG. IAC. BAVMGARTEN

CVM

PRAEFATIONE EIVSDEM.

EDITIO III.

CORRECTIOR ET MVLTIS PARTIBVS AVCTIOR.

HALAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI. MDCCLXV.

L57



hunc librum mihi dominus Niemanus dono dedit d. 2tum Octo: 1769. Bastian

Studioſae iuuentuti ſacrarum litterarum ſalutem!

Hisce iam tertium prelo committendis tabulis operae me pretium facturum confido, ſi pauca de huius editionis praeſtantia prae caeteris

teris fuero praefatus. Primam quicunque sedulo contulerit cum secunda, non eumdem solum deprehendet erratorum cumulum; sed eamdem etiam propositionum theologicarum et nudatarum et locis probationibusque necessariis destitutarum deformitatem, cuius culpae partem adscribere sibi non recusat auctoris tunc temporis iuventus minus pro more circumspecta: partem vero sustinere non detrectabit vel typothetae vel correctoris incuria. Incurrit istic illico in oculos scripturae sacrae dictorum

ctorum congeries verſuum, capitum, ipſorumque interdum auctorum ſanctiorum citatione, mirum in modum mutilata atque depravata. Quo adductus, hac in editione tertia manum non grauatus ſum adhibere vel litura delendis, vel ſibi reſtituendis, vel denique multo potioribus atque accommodatioribus ſubſtituendis, adeo, vt lectores beneuoli non amplius oleum operamque in temere euolvendis oraculis in primis perdere cogantur. Hinc et angelorum, quae deſiderabatur, differentiam

ſpecificam adieci definitioni genus tantum iſtorum antea exhibenti, cuius rei beneficio hi ſpiritus de Deo aliisque poſſunt discerni ſpiritibus. Et, quod niſi maioris aeque tamen magni ducendum puto momenti, ſingulis paene propoſitionibus adpoſui ſacrarum paginarum oracula, quibus res diuinae, extra omnis dubitationis aleam poſitae, diuinitatis nota recepta vel humanae auctoritati exemtae ſunt, vel ſaltem operae lectoris ac meditationi parcitur anxiae. Hinc, ni totus fallor, non

eſſe

esse videtur, cur operi emendando in posterum hac in parte admoveatur manus denuo suprema. De distinctionis ratione, quae accuratiori methodo magis posset accommodari, nihil arbitror iuuentutem studiosam adhuc esse admonendam, quum presso vestigia summi BAVMGARTENII, cuius adhuc orbis litteratus cineres mecum colit atque veneratur merito, sequutus fuerim pede, consultiusque iam quidem visum sit mihi, eam retinere totam, suffulto potius et BAVMGARTENII et FREYLINGHVSII,

HVSII, quanti nominis virorum? exemplo, quam tenacius inhaerere methodo. Satis iam sit praefationis superque in librum pretii vilitate commendandum. Consulat aequi bonique iuuentus studiosa, quam in hanc editionem impendere volui operam, ac fruatur votis BAVMGARTENII, iisdemque meis, sincero ex pectore nuncupatis. Valeat faueatque

Dedi Brandeburgi ad Hauelum ipsis idib. Ian. 1765.

AVCTORI.

Lecto-

Lectori beneuolo

sal. plur. dic.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Quam aliis libris, qui vel nihil omnino ad me pertinuerunt, haud difficulter commodaui operam meam in praefatione scribenda, lectoribusque de illorum vtilitate et vsu instruendis, atque, si opus esset, conciliandis, illam huic scripto eo minus de-

negandam esse putaui: quo pluris facile intellexi, et mea ipsiusmet, et scriptoris amantissimi, et lectorum, et libri denique interesse, vt neque maiores neque minores fuisse videantur partes meae in eo vel scribendo vel edendo, quam vere fuerunt; atque rationes aeque ac limites non ignorentur approbationis meae, pretiique, quod ipsi iure statuendum esse existimo. Paucis igitur enarrabo, qui factum sit, vt libelli, qui summam scripti alicuius mei continet, me inscio, consultore tamen, conscripti, et ne perlecti quidem, editionem mihi probauerit illius scriptor: etiamsi ex nonnullis eius particulis cognouerim, haud paullo aliter informandum fuisse, si a me scribi aut retractari debuisset.

Dudum scilicet illis, qui me conuenerunt consilia exquisitum recognoscendi commode et vtiliter doctrinas in scholis meis dogmaticis auditas, auctor fui multisque persuasi, vt sermonem meum vel ex

recente

recente memoria, vel ex commentariis et aduersariis suis in breuissimam summam contraherent; eamque bene obseruatis dividendi distinguendique regulis ita disponerent ordinatim, vt singulorum capitum partitio, membrorumque vel remotior vel propinquior cohaerentia in tabulis repraesentata vno obtutu conspiceretur: atque adeo primas lineas sibi ducerent amplioris et recordationis et meditationis doctrinarum propositarum, his adminiculis insigniter subleuandae et in ordine continendae.

Ad triplicem vtilitatem spectabat hoc consilium.

Primum enim eiusmodi diribitori summa opus est attentione, crebra cogitationum recollectione, et diuturna animi, intelligentiae et iudicii intentione, atque multa deliberatione, vt non solum varia, quae in doctrinarum disputationibus occurrunt, perspiciantur seorsim et distin-

distinguantur, atque generaliter et vniuerse cognita sigillatim, discrete et seperatim recognoscantur, verum etiam partium numerus, ordo, singularumque momentum constituatur. Quae omnia, sine ipsis doctrinis saepius recogitandis, inter se contendendis, animoque voluendis et multum versandis, non peraguntur.

Deinde recordationem mirifice iuuat hoc negotium, eamque faciliorem aeque ac diuturniorem reddit. Felicius enim discuntur, et memoriae mandantur atque infiguntur, quae ad paucitatem numerabilem reuocantur, neque multitudine animum obruunt et infirmant. Idem accidit in rebus gratis atque cum voluptate et delectatione perceptis, quarum diutius citiusque reminiscimur, quam iniucundarum, quae vel displicent, vel nihil habent, quod admodum placeat. Ipse vero doctrinarum membratim dispositarum apteque coagmentatarum conspicuus et venustus ordo, qui in eiusmodi tabulis luculenter

lenter apparet, singularem gratiam parit, in primis si a nobismet ipsis inuentoribus proficiscitur, felicique sagacitate excogitatus est. Neque inter difficilioris memoriae alleuamenta, vbi studio et artificio naturae subueniendum est, postremum locum meretur adminiculum numerorum aliorumque signorum notabilium, quibus vel eadem vel non dissimilia visa secernantur, in genera et classes aut partes ita discriminentur, vt vniversa in numerato sint, singulaque locum memorabili notatione designatum occupent: quod in tabulis synopticis desiderari nequit.

Omnium denique conuenientissime hoc labore illos, qui me audiunt, ab intempestiua industria memoriter discendi doctrinarum explicationes, quas calamo exceperant, reuocare et arcere, atque propriae meditationi sensim assuefacere volui, vsumque potissimum eorum docere, quae in litteras et commentarios

ex

ex auditionibus retulerunt. Nam vt neutrum probo, sed tam improbam eorum sedulitatem indignor, qui operosissimum laborem recitatione formularum sermonumque terminant, quibus vel parum vel nihil admodum intellectis memoriam ingurgitant; quam illorum ignauiam doleo, qui recentissimam oblivionem futurae praeferunt, atque vel eorum, quae audiuerunt, quidquam retinere negligunt, vel si quid in chartas coniiciunt, id omne soli vsui futuro integrum reseruant, veriti, ne praesenti vsu atteratur aut consumatur: sic vtrisque rectius a me consuli posse non putaui, quam commendatione eiusmodi repetitionis doctrinarum auditarum, quae earundem recordationem et faciliorem certioremque reddit, et ita superat ac antecellit, vt ea tandem secure supersedeatur planeque non indigeatur amplius. Quo enim quis frequentius breuem summam eorum, quae recens vel audiuit vel legit, ita recogitat et secum

cum recognoſcit, vt ſingulas doctrinas particulatim ſibi explicet, diducat, ſuisque verbis enuntiet, nihil tamen ſine retractatione praetereat aut nouarum acceſſionum et digreſſionum ſibi permittat; peractaque hac meditabunda non verborum ſed rerum et doctrinarum recordatione doctoris librum vel aduerſaria ex ipſius ſermone confecta in ſubſidium adhibeat, ipſoque monitore, nomenclatore et cenſore ſuam meditationem diiudicet, emendet, ſuppleat, contrahat et amplificet: eo certe facilius id obtinebit, vt rerum perſpicientiam, veri certique intelligentius iudicium, boni ordinis conſuetudinem, ipſamque apte dicendi facultatem conſecutus ea ſcienter cogitet facileque meditata proferat, quorum alii difficillime recordari, aut lectores tantum et recitatores agere malunt. Quantopere autem haec exercitatio iuuetur tabulis, quae doctrinarum longiores commentationes ſummatim, diſtincte ordinatimque repraeſentant, obscurum aut dubium erit nemini.

Effecit

Effecit hoc consilium, postquam bene multis optime cessit, quos obsequii non poenituit, vt innumera fere viderim thesium mearum dogmaticarum in tabulas redactarum et contractarum exempla, admodum certe diuersa, neque eiusdem bonitatis aut vno loco habenda; quorum tamen nullum improbaui, aut lituris et accessionibus corrigendum sumsi, etiamsi rogatus: multo minus facilitatem meam exorari passus sum, vt ipse hunc laborem subirem, quod facile praeuidi, si quid tabularum synopticarum a me confectarum exstaret, neminem meorum de illis propria industria conficiendis cogitaturum esse. Quam ob rem tironibus hebetioribus, imperitiam operamque perditam conquestis aut caussatis, quibus consilio subueniri non potuit, commilitones commendaui exercitatiores, quorum labore ita vterentur in rem suam, vt, quam primum conuenientius quaedam ordinari posse, aut vires sufficere putarent ad tabulas vel ampliores vel contractiores

ctiores vel commodius discriminatas a semetipsis conscribendas, vtrumque integrum sibi existimarent, atque tentare non dubitarent.

Euenit tandem post editionem breviarii mei, vt industrius harum tabularum scriptor, quas suis vsibus primum confecerat, ad easdem nunc publicandas suo et librarii nomine consensum meum expeteret, atque rem aliis etiam commilitonibus gratam et acceptam fore significaret. Quibus id facillime assensus sum, in primis quum ex parte operis examinata compertum haberem, non voluntatem duntaxat laudabilem, sed et industriam singularem dexteritatemque scriptoris satis apparere, ipsamque operam aliorum industriae apprime inseruire posse. Multi enim, quos si non desidia, temporis tamen angustia ab eiusmodi recognitione auditionum adhuc deterruit, illam nunc alacrius adgredientur, inexcusatius saltem negligent; alii

autem habebunt, quod imitentur, aemulentur, ſuis meditationibus accommodent, ipſaque contractione emendent.

Finirem hic praefationem, niſi proſpicerem, praeteritionem conſectariorum practicorum et paracleticorum, quae in theſibus meis deprehenduntur, hic autem deſiderantur, offenſioni plerisque futuram, noxae etiam nonnullis eſſe poſſe, ſi exiſtimauerint abundare haec omnia in doctrinae ſanctioris tractatione, atque ex recognitione eiusdem ſecure proſcribi: quod vt alia discrimina non commemorem, ſine ipſo artis et ſcientiae detrimento multiplici ſtatui aut tentari a nemine poſſet, longe felicius et ſecurius alias bene multas doctorum ſententias doctrinarumque particulas ignoraturo, quam hac peritia carituro doctrinas ſalutares recte vtendi applicandique ad animum ſancte commouendum, emendandum, culpae aeque ac officii commonefaciendum, ſolatiisque neceſſariis

erigen-

erigendum. Ne igitur ſcriptori fraudi ſit, aut vitio vertatur, quod facilem excuſationem habet, neque omnino ratione deſtituitur: vtrumque aperiam, et quid illum induxerit ad has partes breviarii praetereundas, et qua ratione facillime prouideri poſſit, ne quid deficere videatur aut iure deſideretur. Vni brevitatis ſtudio tribuenda eſt haec omiſſio: quam eo magis neceſſariam putauit, quo minus contrahi ſine obscuritate poſſe videbantur doctrinae pleraeque ſumma breuitate propoſitae, in quibus tamen transſcribendis fruſtra elaboraſſet; et quo certius haec omnia ad ipſam tractationem capitum principalium ſanctioris doctrinae conſtituendam non pertinent et requiruntur, ſi ſtricte et arcte ſumatur, ſed peculiarem illorum partem efficiunt et appendicem. Quod ſi cui haud ſatisfecerit, commode et ſine difficultate ſingulos articulos tripartitos faciet, atque leui et exigua immutatione ſic ordinabit, vt in prima parte *introductio* et praepara-

tio collocetur, in altera strictior et peculiaris *tractatio* appareat, in tertia denique *applicatio* consequatur.

Nihil nunc mihi relinquitur praeter ardentissimas preces, quibus DEO immortali supplico, vt studia illorum omnium, qui sanctiori doctrinae operam suam addixerunt, et vere nauare satagunt, indulgentissime secundare ac fortunare dignetur, atque tam hunc laborem bene vertere atque in rem ciuitatis sacrae cedere, quam salutarem doctrinarum caelestium aeternitatique profuturarum intelligentiam et vsum modis omnibus prouehi et amplificari iubeat liberalissime. Ded. Halae ad Salam in acad. Frid. d. xxx. Dec.

CIↃ IↃCC XXXXVI.

CON-

CONSPECTVS
TOTIVS LIBRI.

PROLEGOMENA Pag. 1

TRACTATIO IPSA.

PARS I.

DE THEOLOGIA ARCTIVS SVMTA.

Artic. I. de Deo Pag. 7

Artic. II. de creatione 34

Artic. III. de angelis 36

Artic. IIII. de prouidentia et conſeruatione 42

Artic. V. de praedeſtinatione 45

Artic.

Artic. VI. de Christo Pag. 48
Cap. I. de persona Christi ibid.
Cap. II. de officio mediatorio Christi 53
Cap. III. de duplici Christi statu 65
Artic. VII. de Spiritu sancto 68

PARS II.

DE ANTHROPOLOGIA SACRA SEV THEOLOGIA LATIVS SVMTA.

Artic. I. de imagine Dei 72
Artic. II. de lapsu et peccato 77
Artic. III. de libero arbitrio 87
Artic. IIII. de vocatione 89
Artic. V. de illuminatione 91

Artic.

Artic. VI. de regeneratione Pag. 93
Artic. VII. de iustificatione 95
Artic. VIII. de vnione mystica 98
Artic. VIIII. de sanctificatione et renouatione 100
Artic. X. de scriptura sacra 103
Artic. XI. de lege et euangelio 116
Artic. XII. de clauibus caelorum 125
Artic. XIII. de baptismo 128
Artic. XIIII. de sacra coena 133
Artic. XV. de poenitentia et conuersione 136
Artic. XVI. de fide 138
Artic. XVII. de bonis operibus 140
Artic. XVIII. de cruce 142
Artic. XVIIII. de precibus 144
Artic. XX. de ecclesia 147

Artic.

Artic. XXI. de ministerio ecclesiastico 149

Artic. XXII. de magistratu politico 151

Artic. XXIII. de statu domestico 153

Artic. XXIIII. de morte 154

Artic. XXV. de resurrectione mortuorum 156

Artic. XXVI. de iudicio extremo 157

Artic. XXVII. de vita aeterna 159

Theologia est scientia rerum divinarum.

Ein theologischer Satz enuntiatio vel sententia theologorum est

Vocabulum Theologiae ex Θεος et Logos conflatum si notationem nominis spectamus potest significare ~~Logon~~ λογον Θεου, προβλον Θεον frequentissime περιτου Θεου (disputationem de Deo) veteres etnici triplicem habuere Theologiam ~~Mythicam~~ poetarum, physicam philosophorum et ~~moralem~~ mora civitatibus praeceptam nobis Theologia est latiore significatu rerum divinarum scientia. Arictiore scientia rerum divinarum ex sacris litteris petita, Arictissimo disputatio de natura Dei.

Definitio religionis

Unius cuiusque theologia et secundum eam vivendi ratio eius religio est. Religio falsa impremis metum non necessarium afferens superstitio est.



THESES THEOLOGICAE IN TABVLAS REDACTAE.

PROLEGOMENA,

quo referuntur

I. DEFINITIONES THEOLOGIAE

1. *Latius* sumtae, quae significat vniuersam doctrinam de DEO.
2. *Strictius* acceptae, quae est reuelata doctrina de hominum cum DEO coniunctione.

Hinc

a. Propositio theologica est, quae
   α. Ex reuelatione DEI in sacris litteris probari potest;
   β. Ad nostram cum DEO coniunctionem pertinet.

b. Synonyma Theologiae biblica potiora occurrunt Tit. 1, 1. 1 Tim. 3, 9. c. 6, 3. 2 Tim. 1, 13. Rom. 2, 20. Luc. 1, 77.

3. *Strictissime* sumtae, quae denotat
a. Doctrinam de essentia, personis et operibus DEI.
b. Doctrinam de diuinitate Christi, ex vsu patrum.

II. DIVISIO THEOLOGIAE, quae est
1. *Ratione subiecti* et *principii*
a. Originalis;
b. Deriuata. Haec denuo
α. Vnionis;
β. Angelorum;
γ. Hominum
1) *Viatorum.*
a. Paradisiaca;
b. Praesens.
aa. Naturalis.
(1) Insita;
(2) Adquisita.
ββ. Reuelata.
(1) Immediata;
(2) Mediata.
2) *Patriae* seu comprehensiua.
2. *Ratione obiecti*
a. Exegetica.
b. Systematica.
α. Dogmatica;
β. Moralis.
1) Ascetica;
2) Casuistica.
c. Polemica.
3. *Ratione methodi* est
a. Catechetica.
b. Acroa-

1/ b. Seculi 4 et 5, ex usu patrum a quibus doctrina de humana ejus natura Oeconomia appellata est.

a/ ἀρχετίπος, in ipso deo.
b/ ἐκτίπος in aliis naturis extra Deum.
α/ quae est in humana Xsti natura cum divina unita

1/ ~~quae homines~~ in hac vita ~~possunt praediti~~

aa. quam sola natura magistra possumus consequi
1/ insita: facultas est natura duce res divinas cognoscendi
2/ aquisita: ipsa cognitio est usu insitae parata
quae vel vulgaris est vel erudita.
bb. supernaturali ratione cum hominibus communicata: quae (mediata) est quam habuere homines ex apparitionibus et Theophaeistia mediata, tam ex traditione divina quam divinis libris

2/ Quoniam plenior multo et uberior erit futura quam in hac vita, et si non omnia simus comprehensuri cogitatione quod fieri nequit.

2. a. exegetica deservatur in studio interpretandarum sacrarum litterarum.
b. Theologia tam systematica est cum enuntiationes Theologicae apto ordine inter se contexuntur.
α/ Θετικη, positiva, credenda praecipiens.
β/ nuper a Thetica affulsa, complectitur enuntiationes theologicas vitam moderantes omnium Christianorum omni tempore ascetica ministrorum ecclesiae pastoralis certis temporibus caruistica.

3. c. Quae docet adversarios frangere et debellare
a. c. rogando et respondendo potiora capita Theologiae explanans

zusammenhangendes

b. A: perpetua subtili disputatione, totum ambitum Theologiae tradens. ...

c. H. populariter sed perpetuo sermone

d. S: cum enuntiationes Theologicae ex Symbolis hoc est humanis scriptis quibus ecclesia ~~tam~~ sententiam suam contineri professa est eruuntur.

e. P: Th: et quae ex patribus eccl: priorum seculorum doctoribus ~~et~~ mediatis latinis et graecis Theo: tradit.

f. H. cum historia doctrinarum traditur ad quod genus refertur Theo: patriarcharum, mosaica, prophetica, davidica etc.

III. requirens distinctam et certam cognitionem ~~cum facultate~~ doctrinarum theologicarum cum facultate eas aliis explicandi et contra adversarios vindicandi; quae a Scientia Cristianorum vulgari plerorumque etiam ministrorum ecclesiae copia et subtilitate differt.

1) est suma doctrinar. theologicarum rite connexarum.

a. partes majores ex doctrinis homogeniis enatae nomen articuli inde ductum quoniam totum systema (improprie) corpus vocatur

β: quorum scientia sine insigni felicitatis detrimento carere non possumus de quo ex sacris litteris judicandum est.

a. primarii seu constituti locus de christo et arctissime cum eo copulati Joh 17, 3.

aa. de creatione, conservatione, imagine dei, de peccato

bb. de clav: coeli ecclesia, ministe. eccle: resurrect: etc.

b. Analogia fidei ad Rom. 12, 7. est uniuscujusque fidei modus et magnitudo. Theologia contra Analogiam fidei esse dicunt, quae cum doctrinis sacrae scripturae indubiis pugnant, secundum eam quae cum his consentiunt

2. Scientia theologica requirit ingenium theologicum h: e. capacem et firmam memoriam, acumen, ingenium et magnam vim rationis.

a. qui requirit notitiam linguarum sacrarum et habitum quae scripta sunt interpretandi.

b. Acroamatica.
c. Homiletica.
d. Symbolica.
e. Patristica.
f. Historica.

III. SCIENTIA THEOLOGICA est habitus deriuandi complexum doctrinarum de nostra cum DEO coniunctione ex scriptura sacra.

1. *Systema theologicum* est complexus doctrinarum theologicarum, rite connexarum, cuius

a. Partes sunt *articuli fidei*

b. *Relati ad principium* cognoscendi dicuntur
1) Puri;
2) Mixti.

β. *Relati ad finem* et necessitatem sunt
1) Fundamentales
a. Primarii seu constitutiui;
b. Secundarii.
aa. Antecedentes;
ββ. Consequentes.
2) Non fundamentales.

b. Nexus est *analogia fidei*, quippe quae consistit in nexu, quo articuli fidei tam inter se, quam cum fine suo cohaerent, atque exinde enata relatione eorumdem ad se inuicem. Rom. 12, 6.

2. *Subsidia scientiae theologicae* sunt

a. Habitus interpretandi scripturam sacram;

b. Cogni-

b. Cognitio Theologiae naturalis;
c. Habitus legitime meditandi;
d. Notitia originum
α. Controuersiarum et errorum;
β. Terminorum theologicorum ex historia ciuitatis christianae.
e. Legitimus vsus experientiae
α. Propriae;
β. Alienae.
f. Mediate et aliae scientiae ob connubium earum.

3. *Historia huius scientiae*, vbi
a. Origo eius, quae repetenda est non ab ipsa scriptura; sed a scriptoribus, qui locos communes ex patrum scriptis collectum iuerunt a saec. VIII.
b. Incrementa, quae cepit
α. Per doctores scholasticos a saec. X.
β. A reformatione saec. XVI. facta.
c. Vicissitudines, quas subiit varias pro diuerso subsidiorum vsu.

4. *Libri*, quibus Theologia dogmatica explicatur.
a. Libri ipsi, quorsum pertinent
α. Institutiones catecheticae;
β. Qui vniuersam doctrinam christianam exhibent
a) Breuius, *compendia;*
b) Vberius, *systemata.*
γ. Qui aliquam Theologiae partem curatius seorsum proponunt.
δ. Libri symbolici nostrae ecclesiae.

c meditatur is, qui ordinem in cogitationibus servat, quem docet diu lectica

α, sine experientia, quae est cognitio per sensus propria rerum divin: cognitio certa esse nequit.

f. Philosophice praesertim omnes, Historia Geographia, antiquitates sacrae et profanae, plurimum denique linguarum orientalium praesertim facultas.

a sae. VIII. Origines seculi 3 scriptor quatuor liberos περὶ ἀρχῶν scripsit comentarii in symbula quae in usum monachorum excerpebantur seculis subsequentibus ex patribus systematicam rationem rehenter accuberunt. seculo tandem octav.

χρυσοκροας Johannes Damascenus quatuor libros de ortodoxa fide concinnavit quos pri: systema recte appellare possumus.

α, Scholasticorum tres aetates faciunt 1) a seculo decimo ad medium secul: XII reguit. Roscellinum Anselmum, Abelardum et Lombardum comprehendens 2) ad seculum XIV provehitur ab Alberto magno bona ventura Thomae Aquinate, Johanne Duns Scoto et Guaffe pictaviensi praecipue illustrata 3) ad finem secul: XV. Quadrivando: Occamus et Gabriel Didius foruerunt.

Pb. Post quam Aulturij demonstrant a sacra scriptura quo loci tale Theologia omnia pendere aliam Theologiam formulam induit. Aliam opus pontificios Melanchton locos communes scripsit quem Temnicius et Strigelius Brochmannus Lea Melchior Canus Rambach, Budeus, Speners, Calvin.

b. qui notitiam librorum Theologicorum omnium haeresis consequi cupit ab eat Johan Georg Walchii Bibliothecam theologicam selectam

1. Viva cognitio est cum sensu conjuncta Ebr: 4, 12. Joh: 17, 3. Johan. 6, 68. et actuosa 2 Pet. 1, 1–9. salutaris itaque maxime necessaria.

2. mortua vivae opponitur, quae ratione objecti realis supernaturalis esse potest vera etiam et cum aliis comunicata his salutaris illis autem qui sua culpa mortuam esse patiuntur gravissimam dei vindictam concitat. Luc. 12, 47 math 23, 13–29.

x. infusa cognitio est quam non ratione et via sed sine mediis consequimur.

(1) maxime si vox latius sumitur de directione mentis versus deum Joh: 7, 17

b. Lectio eorum a compendio ad confessiones publicas ac systemata, et tandem ad explicationes argumentorum peculiares progreditur.

§. IV. DISTINCTIO COGNITIONIS THEOLOGICAE in

1. *Viuam*, quae, sicut Theologia reuelata naturalem, sic cognitionem mortuam superat.

2. *Mortuam*, quae tamen vera, atque ratione originis, obiecti et efficaciae ad gratiam praeuenientem pertinentis supernaturalis et salutaris est, Iac. 1, 22.

a. Haec vtraque cognitio locum habet in cognitione

α. Vulgari et erudita;

β. Historica et scientifica.

b. Supernaturalis quidem est cognitio rerum diuinarum; tamen

α. Nemini infunditur;

β. Sed comparatur et augetur

(1) *Oratione*, cuius

aa. Species sunt,

αα. Antecedens;

ββ. Concomitans;

γγ. Consequens.

bb. Demonstratio. ~~Eph. 1, 17. 18.~~ Iac. 1, 5. 17. Ps. 119, 12.

(2) *Meditatione*, quae

aa. Comprehendit

αα. Lectionem auditionemque attentam;

ββ. Cogitationem ſtudioſam doctrinarum theologicarum.

bb. Demonſtratur. 1 Tim. 4, 13-16. Pſ. 1, 2. Ioh. 5, 39.

(3) *Tentatione* latius ſumta, cuius

aa. Species

αα. *Actiua* adplicatio harum doctrinarum theologicarum omnium ad ſe relatarum cum praxi earumdem interna et externa.

ββ. *Paſſiua* ſenſatio ingrata

aaa. Naturalis impotentiae et auerſionis a doctrinis divinis;

bbb. Moleſtiarum cum praxi earumdem coniunctarum.

bb. Demonſtratio, Ioh. 7, 17. c. 13, 17. Pſ. 25, 10, 12. 14. Ioh. 1, 46. 47. Ieſ. 28, 19.

V. DISPOSITIO ARTICVLORVM FIDEI.

1. Vſitatiſſima ex Scholaſticorum methodo tres conſtituit partes:

a. *Finem* Theologiae

α. Obiectiuum; est Deus

β. Formalem, est vita aeterna

b. *Subiectum*, in ſtatu

α. Perfectionis;

β. Corruptionis.

c. *Principia* et *media*.

2. Ex noſtri compendii diuiſione conſtat duabus partibus:

a. *Theo-*

bb. demonstratur ex ipsa rei natura et indole.

(3) est usus et experientia eorum quae christiano homini xpi militi accidere solet. Crux significatu latiore quam internam tam externam Röm. 5, 3. Jacobi, 1, 2. 3.

de usu.

Scientia Theologiae tehementer imo unice valeat: Sanctitatem impertiat. de aliis egregie merendi facultatem det ejusque fructus per omnem aeternitatem percipiatur: in ortali animo digna diligentiam et industriam in se collocatam amplissime remuneratur.

Pars prior Theologiae tractat

1/ ~~de~~ universe de natura Dei art: I
2/ in specie; de deo trino et uno
a/ in genere art: I
b/ in specie civilatim
α/ de patre cui tribuitur
aa/ creatio de qua agitur
αα/ universe arti: II.
ββ/ in specie de angulis art III
bb/ conservatio art IV
cc/ praedestinatio art: V
β/ de filio art: VI
γ/ de spiritu sancto art: VII

Dicta Classica sind die vornehmsten Stellen aus der heil. Schrift etwas zu beweisen

a. dicta classica sunt loca scripturae sacrae significatu strictiore.

a. *Theologia* strictissime sumta, quae disponitur ex ordine diuinarum personarum.
b. *Anthropologia* sacra, quae hominem ad DEVM relatum considerat in statu
α. Institutionis;
β. Destitutionis;
γ. Restitutionis;
δ. Consummationis.

TRACTATIO IPSA.

PARS PRIOR.

De Theologia arctius sumta.

ARTICVLVS I. DE DEO.

Vbi occurrunt

I. NEXVS.
II. INDOLES.
1. *Ratione relationis* veritatum theologicarum ad finem est doctrina maxime *fundamentalis*; Joh. 17, v. 3
2. *Ratione principii cognoscendi* est *mixta*.
III. ~~DIVISIO totius articuli.~~ *Vide classica*
A. ~~*PRIOR PARS* agit~~ *DE ESSENTIA DEI*, quae cognoscitur
1. ~~EX DICTIS CLASSICIS~~, quae absolvuntur *de quibus agitur*
a. *In genere* locis scripturae sacrae, quibus potissima et maxime adaequata doctrinarum diuinarum ratio continetur: *loci aliquot theologici*

netur: quorsum referuntur sententiae sacrarum litterarum, quae

α. Indubie ad libros diuinitus consignatos seu canonicos pertinent;

β. Sermonem DEI, Christi aut hominum diuinitus actorum inspiratum continent;

γ. Ex intentione loquentis illam doctrinam proponunt;

δ. Interpretatione certa aut demonstrabili gaudent.

b. *In specie* dictis classicis huius doctrinae: Hebr. 11, 6. Iesa. 42, 8. Ioh. 4, 24. 1 Tim. 6, 15. 16.

2. EX NOMINIBVS DIVINIS, quo pertinent

a. Nomina, quae sunt termini cum notione DEI ad eiusdem repraesentationem excitandam coniuncti.

α. *Hebraica*

aa. *Propria* et vera:

(1) יְהוָה ex הוה, quod significat

αα. *Primario* ens a se ipso, quod rationem omnis existentiae continet. Exod. 13, 14. Apoc. 1, 8.

ββ. *Secundario* ens constantissimum. Exod. 3, 14. c. 6, 1. 3. 7.

(2) יָהּ ex יְהוָה vel rectius ex יאה *decet, conuenit.* Ier. 10, 7.

(3) אֶהְיֶה. Exod. 3, 14.

(4) אֵל ex אלה vel rectius ab איל vel אול, *posse, vi agendi pollere.*

(5) אֱלוֹהַּ

Ergo dicta classica sunt loca quae
α.

Ipsa Tractatio de natura Dei in genere quae quatuor membra habet
1, nomina divina explicantur
2, definitio dei datur
3, esse deum demonstratur
4, de ejus proprietatibus agitur

1, In nomine יְהוָה quaeritur
a, de notatione seu origine
b, forma
c, significatu
d, usu

Israelitas eo jam pridem uti desiisse quod graeca versio plerumque reddit per Κυριος in libris post captivitatem babilonicam raro occurrit; et in his qui extra palestinam scripti sunt nuspiam pronuntiatum fuisse olim documento est quod profanis etiam gentibus inotuit nam graecorum nisi est hebraeorum יְהוָה:

(5) אֱלוֹהַּ et אלהים ex אָלָה, *iurare*, vel rectius ex arabica voce אלה, *colere*, *venerari*.

(6) עֶלְיוֹן ab עָלָה, *adscendere*, *eminere*.

(7) אֲדֹנָי et אָדוֹן ex אָדַן, *fulcire*, *portare*.

(8) שַׁדַּי a שֹׁד, *mamma*, vel ex דַּי, *sufficientia* et praefixis ה et שׁ, vel a שָׁדַד, *vastare*, Arab. *valere*, *viribus pollere*.

bb. Quaedam *non propria* nomina diuina, obuia in

(1) Scriptura sacra, הַשָּׁמַיִם, צְבָאוֹת;

(2) Iudaeorum recentiorum scriptis.

β. *Graeca.*

aa. Θεος vel a τιθημι, *pono*; vel θεω, *curro*; vel θεαομαι, *video*; vel αιθω, *uro*; vel δεος, *timor*; vel δει, *necesse est*.

bb. Κυριος a κυρος, *auctoritas* et κυρω, *produco*, *fio*, *constituo*.

αα. A LXX interpretibus adhibetur ad nomen יהוה reddendum;

ββ. A noui foederis scriptoribus plerumque ad Christum indicandum.

γγ. Δεσποτης, Luc. 2, 29.

δδ. Δυναστης, 1 Tim. 6, 15.

γ. *Adpellationes aliae*, in libris diuinis obuiae: quae triplicis generis sunt,

aa. Desumtae ab *attributis* diuinis;

bb. Deriuatae ab *operibus;*

cc. Translatae a *similitudinibus*, quae ipsius attributis et operibus cum rebus aliis intercedunt,

αα. Quae tamen vna cum propriis eiusdem denominationibus ipsius ad nos relationem magis indicant,

ββ. Quam ipsam eius essentiam determinant.

b. Definitio DEI.

α. Quaestio, *an DEVS possit definiri?*

aa. Negatur, si de *adaequata et genetica notione* intelligitur.

bb. Adfirmatur, si de *notione distincta et completa* sermo est.

β. Definitiones ipsae.

aa. Ies. 44, 6. 24. 1 Tim. 6, 15. Rom. 11, 36. Apoc. 1, 8.

bb. Nomina pleraque huc pertinent, attamen remotius;

cc. Ens rationem sui ipsius rerumque contingentium omnium seu vniuersi continens; inde

dd. Spiritus independens & perfectissimus. Hinc

(γ) INDEPENDENTIA DEI, cuius

α. *Definitio:* consistit in eo, vt rationem sui ipsius contineat.

β. *Probatio* instituitur

1) Ex locis sacrarum litterarum,

b. Deum infinitam naturam definiri posse aliqui negarunt vocis notationem secuti et quae viscit definitiones ignari. Cum definitio sit idea determinata hoc est distincta et plena sed non redundans Deum definire posse nemo sanus dubitat.

[illegible]

ß. descriptiones potius quam definitiones

bb) nomina cum non sint conceptus distincti non possunt esse definitiones

ß. ~~[illegible]~~ Beatus autor tres definitiones dedit unam: deum esse naturam sui et omnium rerum rationem continentem, alteram: eum esse spiritum independentem; tertiam: esse spiritum perfectissimum ex quibus, cum una definitio ~~[illegible]~~ in systemate tantum locum habeat secundam retinuit quam in sequentibus explanavit duas notas comprehendentem

(2) ut non sit ex partibus extra se positis conflatus sed perfectissima monas ideoque incorporeus, invisibilis, indivisibilis sine omni figura

aaa) idest vim agendi internam, et talem quidem qua vita omnium rerum extra eum et motus contineatur act. 17, 28

bbb.) Hoc est intelligentiam quae omnia distinctissime, verissime, et simul intuetur voluntas est ex distincta cognitione appetendi aversandique facultas.

ppp. definitiones non probantur omnes autem, qui quaevis in voce Deus insit intelligunt naturam independentem significare intelligunt loca adducta demonstrant etiam ex sacris litteris deo independentiam tribui

rum. Exod. 3, 14. Ies. 41, 4. Apoc. 1, 8. Mich. 5, 1. Ps. 47, 3. Ier. 10, 6. 1 Tim. 6, 15. 1 Cor. 15, 28. Ies. 40, 13-18. Rom. 11, 33. 36. Ps. 145, 3. Matth. 5, 48.

2) Ex definitione, nempe ex necessitate entis necessarii, in quo rerum contingentium ratio sufficiens continetur.

1. (2) SPIRITVALITAS DEI, cuius

αα. *Definitio*, vbi

1) Negamus, ipsum vllo modo compositum esse, quod *immaterialitatem* et *simplicitatem* eius efficit.

2) Adfirmamus,

aaa. Ipsi vitam competere;

bbb. Ipsum intellectum Vigentiam et voluntatem habere infinitam.

ββ. *Probatio*, quae desumitur

1) Ex testimoniis sacrarum litterarum. Ioh. 4, 24. Iac. 1, 17. 1 Tim. 6, 16. Ier. 10, 10. Deut. 32, 40. Ps. 36, 10. Act. 17, 25. 28. 1 Sam. 2, 3. Ps. 115, 3. Apoc. 4, 11.

2) Ex definitione DEI, et quidem

aaa. Ex

aaa. Ex neceſſitate ipſius;
bbb. Ex infinita perfectione;
ccc. Ex eo, quod rationem ſufficientem vniverſi continent.

3. EX ATTRIBVTIS, vbi conſideranda veniunt

a. Praemonenda quaedam.

α. Definitio. Attributum DEI ſenſu latiore vocatur, quidquid in entis neceſſarii repraeſentatione discerni poteſt, quorſum ipſius perfectiones ſingulae pertinent. Hae proprietates ad vnam omnes ſunt

aa. Eſſentiales;

bb. Diuerſae

αα. Negatiue,

1) Non vt nomina eiusdem rei diuerſa;

2) Nec vt ~~entia~~ diſtinctae

ββ. Poſitiue, ſed vt conceptus diverſi variorum, quae a nobis in DEO cogitando discerni poſſunt.

β. Methodi cognoſcendi has perfectiones duae.

aa. A poſteriore, quo pertinet

(1) *Via cauſſalitatis*, vt DEO tribuatur, quidquid perfectionum rebus creatis ineſt.

(2) *Via negationis*, vt omnes limita-

2. Esse deum nemo nisi vecors dubitat aut negat. Cum enim fortuita sint quae sui rationem sufficientem continent non potest non necessarium ens esse quod eorum rationem continet credere in deum ex animo nemo potest nisi vera in ~~fidem~~ Christum fide praeditus Eph: 2, 14 2 Cor: 4, 6. quod experientia satis probatur.

α. Attributa dei sunt praedicata dei interna quae in ejus essentia habent rationem sufficientem

aa. (bb) hoc est rationem habent in essentia (aa) dei.

1) hoc est ut sic differant uti finitum et limitibus circumscriptum.

2) ut naturae et substantiae distinctae.

ββ. Concretive qui immutabilis est idem est summae bonus. hos abstrahendo immutabilitatem a bonitate cogitatione distinguimus.

aa. Cum ex rerum creatarum contemplatione ad contemplandum deum assurgimus (1) his viis ad veram dei cognitionem nemo unquam aut pervenit aut perveniet, veram et solam viam qua ad cognitionem dei pervenitur monstrat Paulus 2 Cor: 4, 6

αα) Cum in voce inest negatio ut independentia immutabilitas indivisibilitas quae autem in se sunt maxime positive

ββ) Operativa sunt quae in factis cernuntur quibus quiescentia opponuntur atque revertur simplicitas aeternitas, independentia, omiscientia ect.

ββ) Moralia attributa sunt quae imitari debemus quibus naturalia opponuntur.

limitationes et imperfectiones ab eo remoueamus.

(3) *Via eminentiae*, vt has perfectiones cogitemus infinitas.

bb. A priore deriuantur haec attributa ex definitione DEI.

γ. *Diuisiones* attributorum DEI

aa. Commodae, quo referas

(1) *Primam*, qua dispescuntur in

αα. *Negatiua*, quae immediate imperfectionem a DEO remouent.

ββ. *Positiua*, quibus immediate perfectiones illius adseuerantur.

(2) *Secundam*, qua diuiduntur in

αα. *Quiescentia*, absoluta, immanentia, quae DEO competunt, quatenus rationem sui ipsius continet et necessarius est.

ββ. *Operatiua*, respectiua, transitiua, quae ipsi tribuuntur, quoad vniuersi rationem continet.

(3) *Tertiam*, qua distinguuntur in

αα. *Naturalia*, quae ad cognitionem essentiae diuinae et vis infinitae in se consideratae pertinent.

ββ. *Moralia*, quae qualitatem voluntatis, decretorum et actio-

actionum DEI determinant.

bb. *Incommodae*, quando attributa DEI diuiduntur in

(1) *Communicabilia* et *incommunicabilia*.

(2) *Propria* et *metaphorica*.

δ. *Ordo* decem, numero iam antiquitus recepto, attributorum, heic tractandorum

aa. *Primam classem* constituunt *sex physica*, quo pertinent

1) Duo *quiescentia*;

2) Quatuor *operatiua*.

bb. *Alteram classem moralia quatuor*.

ε. *Complexus* harum perfectionum simul sumtarum denominatur

aa. Relatus ad ipsum DEVM *felicitas* infinita, quae absoluitur necessaria possessione et fruitione perfectionum, quae in vnum coire possunt, omnium. 1 Tim. 1, 11 Ps. 16, 11.

bb. Relatus ad res creatas,

αα. *Gloria* DEI, quae consistit in complexu harum perfectionum entibus intellectu praeditis ita demonstrato, vt suprema veneratione dignissimus sit habendus. Ies. 42, 8. Actor. 7, 2. Apoc. 4, 11.

ββ. *Ma-*

(1) communicabilia non differunt a mora-
libus voce abstinendum est

(2) vocabula metaphorica sunt cum lux vocabu-
petra fons salutis. etc.

aa duratio est existentia nec orientis nec intereuntis quae infinita est cum initium abest et finis et necessaria cum in ipsa essentia habet rationem sufficientem

aa quorum unum post alterum existit ea sibi succedunt in quibus successio esse potest ea mutabilia sunt vel internae vel externae. immutabilitas dei interna consistit in eo ut in internis determinationibus successio nulla sit

aa, cuius essentia et existentia sunt absolute necessarie illud est interne ~~quam~~ immutabile quia omnes internae determinationes aut ad essentiam aut ad existen

ββ. *Maiestas*, quae absoluitur eo, vt omnibus necessario praesit et omnia ipsi necessario subsint. Ier. 10, 7. 1 Tim. 6, 15.

b. Ipsa harum perfectionum explicatio.

α. AETERNITAS, immortalitas absoluta (quae est perfectio positiua, quiescens et naturalis) cuius

aa. Definitio. Absoluitur infinita et necessaria DEI duratione.

bb. Probatio, quae instituitur

1) Ex testimoniis sacrarum litterarum. Deut. 33, 27. Rom 16, 26. Ies. 41, 4. Apoc. 1, 4. 8. Ies. 43, 13. Ps. 102, 25. 28. 1 Tim. 6, 16. Ies. 44, 6.

2) Ex notione DEI, et quidem

αα. Ex independentia;

ββ. Ex necessitate;

γγ. Ex infinita eius perfectione.

β. IMMVTABILITAS (quae est perfectio negatiua, quiescens et naturalis)

aa. Definitio. Remouet omnem variationem a DEO

bb. Probatio, quam exhibent

1) Oracula diuina. Mal. 3, 6. Iac. 1, 17. Num. 23, 19. Rom. 11, 29. Ps. 33, 10. 11. Exod. 3, 14. c. 6, 1. 3. 7.

2) Definitio DEI, et quidem

αα. Independentia;

ββ. Necessitas;

γγ. Aeternitas eius.

γ. OMNIPOTENTIA (quae pertinet ad positiuas, operatiuas et physicas perfectiones)

aa. *Definitio.* Consistit in vi diuina ad ea omnia, quae fieri possunt, sufficiente; quae est

1) Absoluta;

2) Ordinata.

bb. *Comprobatio*, quam constituunt

1) Oracula scripturae sacrae. Apoc. 1, 8. c. 7, 12. Apoc. 4, 11. Luc. 1, 37. Dan. 4, 32. 34. 1 Sam. 14, 6. Rom. 1, 20. Eph. 1, 19. 20. Gen. 17, 1.

2) Definitio DEI, et quidem

αα. Quod rationem vniuersi continet.

ββ. Summa eius perfectio.

γγ. Independentia.

δ. OMNISCIENTIA, (quae est perfectio positiua, operatiua et physica) cuius notetur

aa. *Definitio.* Absoluitur perfectissima rerum omnium repraesentatione. Quo referenda sunt

1) *Obiectum*

αα. Primarium, ipsa DEI essentia.

ββ. Secundarium

aaa. Cuncta, quae fieri possunt;

bbb.

aa impotens est qui multa et magna prae-
strare potest, omnipotens qui omnia et
maxima facillime ergo omnipotentia Dei con-
sistit in vi infinita cui nill impossibile
1) absoluta est cum deus sola sua vo-
luntate quae vult facit
2) ordinata cum deus ad perficiendum
res magnas aliis rebus utitur

pp. Quia est spiritus perfectissimus
ergo summa vi praeditus

aaa Quatenus deus se ipsum cognoscit et
Fa. ch. dafficiunt quae fieri possunt tribuitur illi scientia
necessaria etiam simplicis intelligentiae
inerte

66b) quae Scientia vocatur libera;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-666680-p0060-3

bbb. Actualia in vniuersum omnia.

2) *Forma.* Cognoscit DEVS omnia

αα. *Remotiue*,

aaa. Sine sensatione et imaginibus;

bbb. Sine successione, abstractione et ratiocinio;

ccc. Sine obscuritate et confusione;

ddd. Sine dubitatione et errore.

ββ. *Positiue.* Cognitio haec perfectissima est

aaa. Intuitiua, immediata ac pura;

bbb. Simultanea;

ccc. Distinctissima;

ddd. Verissima ac certissima.

3) *Diuisio* huius cognitionis DEI.

αα. Relata ad obiectum

aaa. Dispescitur in

(1) *Necessariam*, naturalem, simplicis intelligentiae, quae essentiam DEI, et omnia, quae fieri possunt, complectitur.

(2) *Liberam*, visionis, quae comprehendit omnia contingentia actualia; quae dicitur

aaa. Sensu strictiori, *omniscientia*;

ββ3. Ad res futuras adplicata, *praescientia.*

(3) *Mediam*, conditionatam, scientiam de futuro conditionato, quae est scientia rerum, quae positis quibusdam conditionibus euenire debuissent.

bbb. Haec scientia liberas spirituum actiones necessarias reddere non potest, quippe nulla cognitio in obiectum influit, idque adficit aut mutat.

ββ. Ex alio fundamento distinguitur in

aaa. Intuitiuam;

bbb. Idealem.

bb. Adprobatio, quam exhibent

1) Testimonia scripturae sacrae: Pf. 94, 9. 10. Pf. 147, 5. 1 Cor. 2, 10. 11. 1 Ioh. 3, 20. Hebr. 4, 13. Prou. 5, 21. Pf. 139, 1-4. 16. Pf. 34, 16. Ies. 41, 22-29. 1 Sam. 23, 11. Cohel. 12, 14. 1 Tim. 5, 24. 25. Prou. 21, 1. 30. 31.

2) Definitio DEI, & quidem

aa. Infinita perfectio;

ββ. Independentia;

γγ. Immutabilitas.

δδ. Quia rationem vniuersi sufficientem continet.

s. SA-

666. nec enim scientia facit ut sit aliquid
sed quia est aliquid scientia consequitur
scientia non efficit res sed supponit.

una eadem est quae virtuosa et libera dicitur.

c.

aa) Sapiens est qui nunquam sine fine agit et quidem bono; Sapientissimus qui nunquam sine optimo h:e: per se bono et ad reliquos fines summum praesertim conspirante ad eumque consequendum accomodatissimis rebus utitur ita summa sapientia facultas est ad optimos fines consequendos optimis et accomodatissimis rebus utens.

αα. Quia est enim spiritus omnium perfectissimus omniscientia et perfectissima voluntate praeditus non potest non esse sapientissimus insipientibus enim optimos fines et aptissima media ignorant aut repudiant.

Quoniam universi admodum exiguam partem habemus cognitam tam amplitudinis quam antecedentium et consequentium ratione habita sapientiam dei infinitam vix possumus ex eo cognoscere certe multa occurrent ex quibus de sapientia dei statuere non poterimus. Teste Paulo ad ephaeros tertio capite com: X coelites sapientiam dei in ecclesiae dei constitutione et praestantia praesertim intuentur et admirantur.

αα defin. Cum de omnipraesentia dei agitur agitur 1) de ejus immensitate ad quam pertinet

αα. magnitudo propria est α multitudine partium extra se positarum qua deus omnipotaret.

γγ. h:e: Deus spatium non efficit cum sit simplicissimus nec in loco est cum sit infinitus contra relatio illius erga res omnes simultaneus prorsus eadem est quamquam nos eam animo comprehendere nequeamus

ε. SAPIENTIA, (quae est perfectio positiua, operatiua et moralis) cuius notanda

aa. Definitio. Consistit in constitutione mediorum conuenientissimorum ad optimos fines, seu perfectissima electione optimi.

bb. Demonstratio

1) Ex oraculis diuinis: Iob. 12, 13. 1 Tim. 1, 17. Deut. 32, 4. Gen. 1, 31. Ier. 51, 15. Prou. 3, 19. Eph. 3, 10. Col. 2, 3. Iob. 28, 20-23. Iac. 1, 5. c. 3, 15. 17. Rom. 11, 33.

2) Ex definitione DEI, et quidem

αα. Ex infinita perfectione;

ββ. Ex eo, quod continet vniuersi rationem.

ζ. OMNIPRAESENTIA, (quae est perfectio positiua, operatiua et naturalis) cuius

aa. Definitio. Consistit in eo, vt DEVS absolute vbique sit. Quorsum pertinet

1) *Negatiue*,

αα. Vt careat omnino magnitudine propria;

ββ. Vt mensuram et comparationem determinatam non admittat;

γγ. Vt loci et spatii plane expers sit, quod *immensitatem*

tem eius proprie constituit.

2) *Positiue*, vt rebus, quae exsistunt, ad vnam omnibus immediate adsit.

bb. *Probatio.*

1) Ex sacris litteris: Ps. 139, 7-10. Iob. 11, 7-8. Ier. 23, 23. 24. Ioh. 4, 20. 21. Eph. 1, 23.

2) Ex definitione DEI, et quidem

αα. Ex absoluta eius perfectione; Ps. 139, 7-10

ββ. Ex independentia;

γγ. Ex necessitate;

δδ. Ex eo, quod rationem vniuersi continet.

η. VERITAS, (quae est positiua, operatiua et moralis perfectio) cuius

aa. *Definitio*

1) *Veritas interna* consistit in eo,

αα. Vt omnia possideat, quae notione entis necessarii comprehenduntur, eaque perfectissime inter se conspirent.

ββ. Vt rerum omnium repraesentatio apud ipsum cum rebus ipsis perfecte conueniat, et voluntas neque intellectui nec sibi vnquam repugnet.

2) *Veritas externa* absoluitur eo, vt

αα. Actiones omnes ipsius inter se, et cum intellectu ac voluntate

2) praesens alicui vis est qui per se potest in eum agere omnipraesens est qui per se potest in omnia agere cum vis dei infinita sit et immensa est omnipraesens.

Omnipraesentia dei vel generalis est vel specialis: haec vel hypostatica vel gratiosa est quae rursus duplex est vel inhabitationis vel visionis. haec genera non essentialiter differunt sed effectibus nobis inconceptibilia cholastici docuerunt deum esse omnipraesentem non extensive, localiter circumscriptive: sed repletive, operative, permeative, meros sonos pro rebus venditantes.

xx. Cum ex his proprietatibus deum infinitum esse consequatur de ejus immensitate et omnipraesentia inde constat.

1) Veritatis tria genera sunt unum metaphysica veritas est cum res id est quod esse debebat alterum logica cum ab errore et dubitatione aliquis ita ~~aliquis~~ alienus est ut quae de qua vis recogitat sunt rei consentanea. haec veritas in deo ex omniscientia proficiscitur: tertium moralis est seu veracitas quae his tribuitur qui vera dicere possunt et volunt quam summam in deo esse constat quod est spiritus omnium perfectissimus.

αληθινοθ

Hufschtigkeit

luntate ipsius conueniant summoque ordine cohaereant.

ββ. Sermones illius omnes intellectui decretoque conuenientissimi semper sint, adque certissimam cognitionem sufficiant; quod postremum *veracitatis* nomine insignitur, Hebr. 6, 18. quo pertinet:

aaa. Vt sermones diuini cum cognitione et consilio loquentis certo conueniant;

bbb. Vt fide digniſſimi sint.

bb. Comprobatio

1) Ex sacris oraculis, quibus proponitur

αα. Interna eius veritas: Ier. 10, 10. 1 Thess. 1, 9. Ps. 25, 10. Apoc. 15, 3.

ββ *Externa.* Ps. 31, 6. Apoc. 6, 10. 2 Sam. 7, 28. Ioh. 17, 17. Ps. 89, 34-37. Matth. 24, 35. Ps. 33, 4. Ebr. 6, 18 v.

2) Ex notione DEI, et quidem

αα. Externa veritas adprobatur

aaa. Ex perfectione ipsius.

bbb. Ex sapientia, summa

ββ. *Interna* pertinet ad illius necessitatem. Summus

§. 9. SANCTITAS, (quae est perfectio positiua, operatiua et moralis,) cuius

aa. Definitio

1) *Latiori significatu*, consistit in eo, vt

αα. DEVS reliquas res omnes perfectionibus superet, ab iisque infinite separatus sit;

ββ. Secum in decretis actionibusque semper conueniat.

2) *Strictiori significatu*, eo absoluitur, vt DEVS semper bonum velit, eligat et peragat; malum contra semper auersetur atque adeo peccare nequeat.

bb. Demonstratio, quam exhibent

1) Oracula diuina. Ies. 6, 3. 1 Sam. 2, 2. Apoc. 4, 8. Iac. 1, 13. Ps. 5, 5 seq. Hebr. 12, 14.

2) Definitio DEI,

αα. Perfectio ipsius infinita;

ββ. Sapientia eius.

10. IVSTITIA, (quae est perfectio positiua, operatiua & moralis) cuius

aa. Definitio. Consistit in eo, vt DEVS bonum rectumque a subditis amari, eligi et peragi serio velit, idque sibi placere; contra-

Deus in Sacris litteris Sanctus vocatur
quia infinitis virtutibus praeditus omnique
קדש religione colendus est cui quod singulari
quadam ratione destinatum est sanctifica-
tum esse dicitur. eo sensu veri Christia
ni sanctificatus est, latiore significatu
hebraei quod peculiare ratione ad aliquam
rem praeparare sanctificari dicunt

Sanctitatem dei tota Sacra Scriptura
peculiari ratione inculcat, in redemtionis
negotio praesertim conspicienda.

1. Justus is est externe qui suum cuique tribuit;
itaque imperantes justi sunt cum legibus poenis
et praemiis (in Sandru) noxae occurrunt et virtuti suffra-
gantur; ergo justitia dei in sanctitate consistit
quatenus legibus, poenis et praemiis mala
reprimit recta autem pronovet; praemia
sunt bona propter recte facta tributa

poenae autem mala propter noxam illatam duplicis generis vel naturales, cum ex ipsis actionibus consequantur vel arbitrariae a barbitrio imperantis adjunctae

66 Justitiam dei redemtio et Sumtae pro nobis ex Jesu poenae gravissime comprobant

77 Quaeruli et morosi homines justitiam dei in administratione rerum humanarum non conspici frequenter quaeruntur, vera praemia et veras poenas ignorantes et immemores

rium autem displicere ipsa re demonstret. Quae iustitia duplex est:

1) *Antecedens*, legislatoria, dispositiua, qua DEVS liberas spirituum actiones aequissimis legibus determinat.

2) *Consequens*, compensatoria, retributoria, qua conuenientiam subditorum cum legibus suis sibi placere; contrarium autem displicere ipsa re comprobat. Quo pertinet

αα. *Remuneratoria*, vt omne bonum remuneretur, habita graduum et proportionis ratione.

ββ. *Vindex* et *vltoria*, vt poenas peccatorum sumat, ad delictorum grauitatem diuersam attemperatas.

bb. *Demonstratio*, cui inseruiunt

1) Testimonia sacra. Ps. 129, 4. Dan. 9, 7. Gen. 18, 25. Rom. 9, 14. Deut. 10, 17. Rom. 2. 6. Ier. 17, 10. Mal. 3, 13-18. Hebr. 6, 10. Ps. 50, 21. Ps. 5, 5 sq.

2) Definitio DEI, et quidem

αα. Perfectio eius infinita;

ββ. Sapientia;

γγ. Necessaria rerum creatarum ad ipsum relatio.

γ. AMOR et BENIGNITAS (quae est perfectio positiua, respectiua et moralis) et VOLVNTAS diuina.

aa. Amor et *benignitas DEI.*

1) *Definitio.* Est infinita delectatio ex perfectionibus et intensissimum studium praestandi cuius eas perfectiones omnes, quae in aliquem conferri possunt.

αα. *Obiectum* huius amoris

aaa. Primarium est ipse DEVS; hinc eius amor necessarius et naturalis enascitur.

bbb. Secundarium sunt res creatae omnes, in primis spiritus, maxime homines et prae reliquis pii.

ββ. *Distinctio* in

aaa. Amorem *vniuersalem;*

bbb. Particularem.

2) *Adprobatio*, quae deducitur

αα. Ex oraculis diuinis: 1 Ioh. 4, 8. 16. Deut. 33, 3. Deut. 4, 31. Eph. 1, 6. 7. 2 Petr. 3, 9. 15. Rom. 2, 4. Gen. 1, 31. Ps. 33, 5. Ioh. 3, 16. Actor. 14, 17.

ββ. Ex definitione DEI, quo referas

aaa. Sanctitatem eius;

bbb. Sa-

1, quid sit amor suus quemque sensus melius docet quam verba constat eum consistere in applicatione et propensione animi ad rem placentem cum bene faciendi studio

amor dei in missione filii praesertim conspicuus est tot bonis aliis quibus homines aliasve res cumulat. praeterea comprobamus. J:3, 16

pp. Cum acerbitas et asperitas a perfecta natura abhorreat deus autem perfectissimus sit eum amantissimum esse apparet.

bb. Voluntas dei Subjective sumta est vel infinita dei vis ex distinctissima cognitione appetendi placentia (το θελητικον) vel ipsa appetitio alicujus rei (θέλησις). Cum deus sit perfectissimus spiritus perfectissimam in eo oportet esse voluntatem et summam libertatem quatenus ex pluribus maxime placens pro distinctissimo lubitu decernens. objective dicitur voluntas (το θέλητον) res illae quas deus decernit (decreta dei) quorum naturam mentes nostrae angustae non capiunt

aa. distinctionis voluntatis divinae quarum hic fit mentio a scholasticis inventa sunt ad unam omnes ineptae et incomodae insolentiae et stultiae humanae indicia cum enim ipsam definitam naturae dei vim comprehendere nequeamus nec voluntatis divinae rationem et naturam prospicere.

bbb. Sapientiam;
ccc. Perfectionem absolutam;
ddd. Necessariam omnium rerum ad ipsum relationem.

bb. Voluntas Dei

bb. Voluntas diuina consideratur

1) *Subiectiue* et *formaliter*, vbi sumitur de inclinatione DEI ad optima quaeuis,

2) *Obiectiue* et *materialiter*, de argumento decretorum diuinorum. Vbi

αα. Distinctio commoda triplex:

aaa. Prima, qua distinguitur in

ααα. Necessariam seu naturalem, quae in ipsum DEVM omniumque rerum essentias dirigitur,

βββ. Liberam, quae ad existentias rerum contingentium pertinet, et decreta complectitur.

bbb. Secunda, qua diuiditur in

ααα. Absolutam, quae ad effectus immediatos diuinae potentiae refertur,

βββ. Ordinatam et *conditionatam*, quae in effe-

ctibus per leges naturae productis ortisque ex praegressis actionibus liberis locum habet.

ccc. *Tertia*, qua dispescitur in

ααα. *Antecedentem*, *inclinatoriam*, *praeuiam*, qua DEVS ad aliquid extra nexum consideratum inclinatur.

ββ. *Consequentem*, *decretoriam*, *finalem*, qua rerum exsistentias decernit.

ββ. *Distinctiones incommodae*, quibus distinguitur in

aaa. Voluntatem *efficacem* et *inefficacem*;

bbb. *Mediam* seu *signi* et *beneplaciti*;

ccc. *Reuelatam* et *occultam*.

B. *ALTERA PARS* huius articuli agit *DE TRINITATE*, vbi occurrunt

1. Praemonenda quaedam.

a. Explicatio terminorum quorumdam.

α. *Essentia DEI* est complexus perfectionum infinitarum.

β. *Persona diuina* est suppositum intelligens in DEO.

γ. Ὁμοούσιος, *consubstantialis* alicui est, qui eadem cum aliquo essentialia habet communia.

Ist der Inbegriffalter göttlichen Nachsten.

Trinitas graece triaeb, αγρα φοβ quidem est sed non prorsus incomoda germanice rectius redditur dreyeinigkeit quam dreyfaltigkeit. Ceterum nec de voce nec de ipso sanctissimo mysterio cum aliquo est disputandum doctrina autem purissima, [illegible] actuosissima, et sume necessaria est ut qui eam neget Atheus sit 1. J: 2. 23.

β. Personae divinae sunt pater, filius et spiritus sanctus. graece persona est πρόσωπον quae voc sic videtur occurrere 2 C: 4, 6 redditur etiam graece ut non paucis

videtur hypostasis Ebr: 1, 3 persona phylosophis est substantia intelligens

Ist der Inbegriff aller derjenigen Merkmale wodurch die göttliche Personen unterschieden sind. Es sind immer Abhandlungen von Gott ohne Beziehung auf andere Dinge

η Hyparxis aliquibus idem est quod hypostasis itaque τροπος ὑπαρξεως modus est quo existunt personae in triade ergo τροπος ὑπαρξεως consistit in actibus et proprietatibus personalibus

θ. opera externa dei actiones sunt in eas res quae sunt extra naturam dei

Das nur ein vollkommenes Wesen ist, das auch nicht mehr als ein vollkommenes Wesen bestehen kann.

unitas specifica de deo proprie dici nequit quia unum specifice est illud cujus quidem plura esse possunt sed non sunt

δ. *Character hypostaticus* est complexus notarum characteristicarum, quibus singulae personae diuinae a se inuicem discernuntur.

ε. *Actus personales* sunt internae operationes in DEO sine vlla relatione ad res contingentes.

ζ. *Proprietates personales* sunt notae characteristicae personarum diuinarum ex actibus personalibus desumtae.

η. Τρόπος ὑπάρξεως est complexus proprietatum personalium, seu peculiaris subsistendi modus.

θ. *Opera externa DEI characteristica* sunt

α. *Oeconomica*, quae ad restituendam hominum salutem, singularumque personarum diuinarum in ea partes pertinent.

β. *Communia*, attributiua, quae omnibus diuinis personis competunt, vni tamen in sacris litteris adpropriatiue et terminatiue tribuuntur.

b. Vnitas DEI, cuius

α. *Explicatio.* Consistit in eo,

α. Vt vnum dumtaxat ens perfectissimum existat, quod absoluit *vnitatem specificam.*

β. Vt non nisi vnicum existere possit, quod efficit *vnitatem numericam.*

β. *Pro-*

β. *Probatio*

a. Ex oraculis diuinis: Deut. 6, 4. 1 Cor. 8, 6. Deut. 4, 35. 39. Ioh. 17, 3. Ies. 46, 9.

b. Ex definitione DEI, et quidem

αα. Ex necessaria et infinita eius perfectione.

ββ. Ex relatione vniuersi ad DEVM.

2. Tractatio ipsa doctrinae de trinitate, vbi occurrit

1) SVMMA huius doctrinae.

α. *In genere.*

α. Pater, Filius et Spiritus sanctus sunt verus DEVS.

β. Hic Pater, Filius et Spiritus sanctus vere differunt, vt supposita intelligentia seu personae.

γ. Hae tres personae habent eamdem essentiam, sibique inuicem similes et aequales simul sunt.

δ. Hae tres personae non essentiali aliqua re, sed actibus internis et exinde ortis relationibus diffe-runt. 1 Ioh. 5, 7.

b. *In specie*

(1) DE PRIMA PERSONA, vbi

a. Nomina eius: Prima persona, Pater, DEVS.

β. *Actus personales*, qui ad characterem hypostaticum potissimum pertinent.

a. Ge-

αα, Cumens necessarium unico modo tantum esse possit sequitur plura entia necessaria nam multa sunt a, b, c, partim eadem partim diversa. Et perfectissimus unus modo esse potest

ββ) Cum unus mundus sit cujus rationem deus continet unum deum esse oportet

a. quae enuntiatio ita converti potest verus deus est pater filius et Spiritus sanctus cum enim in nomine patris filii et Spiritus sancti simus baptizandi qui autem baptizantur in nomine veri dei baptizandi sunt sequitur verum deum esse patrem, filium et Spiritum sanctum Math. 3, 16, 17.

β. ut pater alius sit atque filius et Spiritus sanctus quod ex Mathei III cap. 16, 17 manifestum est

γ. Divinam quam filio et Spiritui sancto recto tribui infra demonstrabitur art: 6 et 7 Joh. 14, 7 8, 9.

(1) Νοχαγραφος quae patri tribuitur tum propter ordinem in revellatione adhibitum Math 18 19 tum propter actus hypostaticos in qua cavendum ne patri exellentiorem naturam quam filio aut Spiritui sancto tribueamus

α. Pater vocatur ὑποστατικως respectu filii et Spiritus sancti respectu rerum extra deum pater filius et Spir: sanct: ἀσιωδως pater est 1 Cor. 8, 6.

a) *Generatio activa*, cuius
aa. *Definitio.* Consistit in immediata et aeterna communicatione eiusdem essentiae supposito a se distincto. Joh. 5. 26.
ββ. *Demonstratio.*
aa. Ex euidente illius mentione. Ps. 2, 7.
bb. Ex nominibus in eadem fundatis. Ioh. 1, 14. 18. c. 3, 16. 18. c. 5, 18-23. Hebr. 1, 3.

b) *Spiratio activa*, cuius
aa. *Definitio.* Absoluitur eadem communicatione essentiae alteri facta.
ββ. *Adprobatio.*
aa. Ex expressa mentione. Ioh. 15, 25. 26.
bb. Ex nominibus tertiae personae obuiis. Matth. 28, 19. c. 10, 20. 1 Cor. 2, 10-12.

γγ. *Proprietates personales*, seu τρόπος ὑπάρξεως. Consistunt in eo,
a) Vt nec generetur, nec procedat ab alio; sed a se absolute sit et subsistat.
b) Vt paternitatis et spirationis activae relatione a reliquis differat.

δ. *Opera*

1. δ. *Opera characteristica* sunt
a) *Oeconomica*, quo referuntur
αα. Ablegatio Filii.
ββ. Missio Spiritus sancti.
b) *Attributiua*, quo pertinet
αα. Decretum de rebus contingentibus, hominum in primis salute.
ββ. Creatio cum conseruatione et gubernatione vniuersi.

(2) DE SECVNDA PERSONA.

α. *Nomina*: Secunda persona, Filius, verbum, sapientia, splendor substantiae Patris sui, imago et angelus DEI. cet.

β. *Actus personalis* est spiratio actiua tertiae personae ipsi cum Patre communis, quae euincitur
a) Ex denominatione Spiritus Filii seu Christi.
b) Ex missione tertiae personae a Filio.
c) Ex Ioh. 16, 13-15. c. 20, 22. coll. Apoc. 22, 1 sq. Ioh. 5, 19.
d) Ex necessario nexu et relatione immediata secundae et tertiae personae ad se invicem.

γ. Teo-

ΔΔ, quae consistit in decreto divino ut filius dei assumta humana natura humanum genus redimeret

Zu [illegible] Zu [illegible] Zu

(2) Nomina xsti vel ab ejus persona vel ab officia ducuntur, illa vel a divina vel ab humana natura vel ab utraque, haec vel a sacer dotali vel a prophetico et regio munere partim propria partim impropria.

verbum λογος quae appellatio Haggai 2, 5 occurrere videtur vocatur quia per eum creata sunt omnia Gen: 1 et quia rerum divin. cognitio omnis salutaris praesertim per eum ad nos pervenit Ioh. 18. 2 Cor. 4, 6.

Ejus in sacris litteris expressio nulla sit itaque cum patri non tribuatur nec filio potest tribui certe argumenta ad probandam hanc rem hic adducta sunt admodum infirma.

Τρόπος υπαρξεως

α, ad legationem Filii pertinet tum pactum aeternum suscipiendae legationes Eb: 10, 9. tum ejus in mundum adventus et vita inter homines acta tum continuatio vitae humanae naturae ad dextram Dei. d. Vorzug rechten Gottes seiner menschlichen Natur beybehält

b). Ut per eum creati sint omnes

α. Vox spiritus (רוּחַ) in sacris litteris de deo angelis hominibus et comato aëre adhibeto, tertiae personae praesertim tribuitur. Sanctus ideo vocatur quoniam per eum homines sanctificantur et propter summam internam perfectionem

γ. Τρόπος ὑπαρξεως consistit in eo,

a) *Negatiue*, vt ab alio non spiretur, nec a Patre eadem ratione procedat, qua Spiritus.

b) *Positiue*, vt generatione passiua, seu filiatione, et spiratione actiua ab intra a reliquis personis differat et cum iisdem cohaereat.

δ. *Opera characteristica*

a) *Oeconomica* sunt,

αα. Vt ablegatus sit a Patre ad opus redemtionis peragendum.

ββ. Vt Spiritum sanctum hominibus mittat.

b) *Adpropriatiua* absoluuntur eo,

αα. Vt homines seruet.

ββ. Vt mortuos olim resuscitaturus sit.

γγ. Vt iis ius dicturus sit.

δδ. Vt sententiam decretoriam de salute ipsorum pronuntiaturus sit.

(3) DE TERTIA PERSONA, cuius

a. *Nomina*: Tertia persona, Spiritus.

b. *Character hypostaticus*, qui absoluitur

a) Τρόπῳ ὑπάρξεως, vt
αα. Non generetur;
ββ. Procedat ab vtraque persona in DEO reliqua. Ioh. 15, 26. c. 5, 19.
b) Operibus characteristicis
αα. *Oeconomicis:*
aa. Vt naturam Christi humanam formauerit dotibusque necessariis instruxerit.
bb. Vt in homines mittatur.
ββ. *Adpropriatiis*, quo pertinet
aa. Inspiratio immediatae doctrinarum diuinarum reuelationis.
bb. Salutis per Christum partae adplicatio.

2) REVELATIO huius doctrinae successiue per *gradus* facta est
a. *Extensionis*, seu ambitus.
b. *Intensionis*, seu euidentiae.

3) DEMONSTRATIO doctrinae de trinitate, quae deducitur
a. Ex testimoniis *ante Christum natum*
α. *Sacris*, quo pertinent duae classes:
a) *Prima* comprehendit loca, quae tres determinate personas in DEO deprehendi adfirmant. Ps. 33, 6. Iesa. 6, 3. cet.

בא

a) de τροπο ὑπαρξεως in sacris litteris nihil traditur

ז חה"ד גבא

Abraham

A. A.

ssp. jam patris et filii qui angelus Jehova dicatur
ex 34, 1–6. quam patris et spiritus sancti gen: 6, 3.
conf 3, 1. unde apparet cum pater Jehova vocetur et
angelus foederis et spiritus sanctus eodem nomine insignian-
tur doctrinam illam: patrem filium et spiritum sanctum
esse verum deum ante Christum natum non incognitam fuisse.

a) ex quibus hoc dogma perspicue elicitur cum cognitamus
tum patrem quam filium et spiritum sanctum esse Jehova

b) *Secunda* complectitur loca, quae

aa. Mentionem faciunt plurium in DEO a se distinctarum personarum; quo pertinet, vbi

aa. אלהים et אדני in plurali ponitur;

bb. DEVS secum colloquens introducitur. Gen. 1, 26. c. 11, 7. Ies. 6, 8. Hos. 12, 4. 5. Gen. 3, 22.

ββ. Duas saltem personas commemorant.

β. *Humanis*, quo referas

a) Apocrypha veteris testamenti. Bar. 3, 36-39. Sap. 9, 17. c. 1, 5-7.

b) Scripta iudaica antiquissima.

c) Philosophos inter gentes a veri DEI cultu alienas, in primis Platonicos.

b. Ex testimoniis *post Christum natum*

α. *Scripturae*, quo referas

a) Loca: Matth. 3, 16. 17. c. 28, 19. Ioh. 14, 16. 17. 1 Ioh. 5, 7. 2 Cor. 13, 13. coll. Apoc. 1, 4. 5. 1 Petr. 1, 2. cet.

b) Collationem harum propositionum: Christus est DEVS, et Spiritus sanctus vt persona ad DEVM pertinet, cum vnitate.

β. *Rationis*, vbi demonstrandum est,
a) Nihil in hac doctrina occurrere contradictorium; quod obtinetur
αα. Exemplorum aliquatenus similium compa ation, quae sumuntur
aa. Aliunde;
bb. Ab homine ad imaginem DEI formato.
ββ. Propositionum et notionum huc pertinentium, et singularum seorsim et omnium inter se collatarum investigatione et analysi.
b) Niti hanc doctrinam rationibus, quibus admodum probabilis efficiatur; quae desumuntur
αα. A perfectione DEI.
ββ. Ab infinita bonitate et gloria DEI.
γγ. A perfectissima sui ipsius repraesentatione, et versus semetipsum inclinatione.

ARTICVLVS II.

DE CREATIONE.

Vbi occurrit

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina mixta, et fundamentalis secundi ordinis.

III. SE-

β ex ratione argumenta ad probandam hanc doctrinam peti non posse namque exemplar quae ad feruntur sunt valde dissimilia et rationes quibus nituntur hujus doctrinae demonstratores sunt admodum fragiles et infirmae.

Nro: Historiam doctrinae de Trinitate Cotta clarissimus Theologus diligenter persecutus tom 3 locorum theologicorum Johanis Gerhardi Pag 324. Omnibus fere seculis exstiterunt qui a vera doctrina recederent. Primo Cerinthiani 2) Gnosticorum impura agmina 3) Sabelliani (noetiani) et Samosateniani cum Artemonio seculo quarto Arriani in tres sectas scissi Anomoeorum, Semiarrianorum et Acatianorum item Photiniani 5) Macedoniani 6) Tritheitae 7) Muhamedani in sequentibus deinceps seculis fieri non potuit quin in occidente aliqui scholastici quod de omnibus rebus ex Phylosophia dissere temere conabantur, a vera doctrina aberrarent: in quibus Roscellinus et Anselmus Tritheitae fuisse dicuntur adversus quos pugnans Abellardus ad Arrianos deflexisse creditur a seculo XVI Notianorum errores a duobus Socinis Lelio et Fausto eorumque assequis; Arrianorum autem a multis annis Arminianis magnaque parte Theologorum nostrae aetatis renovandi sunt.

Nro: Athei qui deum esse negant ut ab eo ridentur qui in coelis habitat sic a nobis ridendi sunt nec majis cum illis disputandum quam cum his qui sole meridianum negent Socinianam doctrinam ortodoxam de Trinitate praecipue impugnantes provocant maxime ad 1 Cor: 8, 6 ubi patet unus deus vocatur sed respondemus 1) vocem patris ibi non accipi hypostaticos sed huiusmodi 5 2) Si vel maxime concedimus dei hypostasi patris sermonem esse ea re divinitas filii non majis negatur quam dominium patris eo quod Christus unus dominus vocatur quod etiam ad argutias quas ex 1 Joh 17, 3 confingunt respondendum est iidem utuntur argumentis phylosophicis quibus probare conantur multiplicare a nobis essentiam divinam sed: ea Tritheitas seriunt non nos qui nomen personae incommodum

Moses historiam populi Israelitici ita scribit ut 1) ortum mundi paucis attingat cap. I usque ad cap. II, 3 2) historiam primorum hominum paucis expediat imprimis ita ut Abrahamum et ejus posteros respiceat ad cap. XI, 25 ~~tertia~~ 3) hujus et religiosorum patriarcharum vitam et fata sterius delineat

in descriptione creationis tenendum 1) eam sensu proprio accipiendam esse 2) respici proximos Israelitas ut ab idolatria acciaca deducerentur cui fili tata ratio est egregie accomodata 3) de creatione telluris praesertim agi 4) de creati pleniorem descriptionem creationis a Mose nec potuisse nec debuisse dare 5) quae ab eruditis conficta sunt systemata temeritatis humanae indicia ridicula esse et inepta

B. cum enim mundus interne mutabilis a se esse non possit nec ulla res fortuita sequitur ut a natura necessaria creatus sit h. e. a deo

2. Creantur voce strictius accepta quae super naturalibus viribus efficiuntur ergo vel ex nihilo vel ex materia inhabili

III. SEDES. Apoc. 4, 11. Hebr. 11, 3. Gen. 1 et 2.

IV. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

I. CAVSSA EFFICIENS

a. *In genere:* DEVS; quod probatur

α. Ex oraculis diuinis. Iesʃ. 40, 12. 22. 26. 28. Hebr. 11, 3. Pʃ. 33, 6. Apoc. 4, 11.

β. Ex contingentia huius vniuerʃi.

b. *In ʃpecie:* Singulae perʃonae,

α. Pater. 1 Cor. 8, 6.

β. Filius. Ioh. 1, 3. 10.

γ. Spiritus ʃanctus. Pʃ. 33, 6.

II. DEFINITIO

a. *Creationis ʃtrictius ʃumtae*, quae conſiſtit in eo, vt DEVS vniuerſo exſiſtentiam tribuerit.

α. *Ratio* huius creationis:

a) DEVS res omnes produxit ex nihilo priuatiuo. 2 Macc. 7, 28.

b) Hoc immediate effecit per omnipotentiam.

c) Optima quaeuis elegit, et ad exſiſtentiam euexit.

β. *Partitio* huius creationis. Fuit

a) *Immediata* materiae primae, ſeu complexus elementorum.

b) *Mediata*, qua DEVS per ſex dierum ſpatium vniuerſi compagem formauit, cuius

αα. *Ordo* exſtat Gen. 1. Lux, caelum, tellus et germina, piſces et aues, animalia et homo.

ββ. *Illuſtratio* huius creationis.

aa. Res omnes productae sunt a DEO sine socio et instrumento.

Hebr. xi. *bb.* Mundus corporeus constructus fuit ex rebus visum nostrum fugientibus.

cc. Creatae res merito vocantur specula perfectionum diuinarum et scalae.

Subiecta γ. *Obiectum* seu *caussa materialis* est
a) Mundus corporeus;
b) Spiritualis.

b. *Creationis latius sumtae*, secundariae, seu operationis virtutis creatricis, quae perpetuo continuatur. Huc pertinet
α. Productio indiuiduorum.
β. Conseruatio rerum singularum.
γ. Perpetratio miraculorum.

Finis. 3. CAVSSA FINALIS. Finis duplex est
a. *Vltimus*, gloria DEI. Prou. 16, 4. Apoc. 4, 11. Rom. 1, 19.
b. *Intermedius*, ipsa rerum creatarum, in primis hominum, felicitas. Gen. 1, 26. 1 Cor. 3, 22.

ARTICVLVS III.

DE ANGELIS.

Vbi consideratur

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura, fundamentalis secundaria, eaque antecedens.

III. SEDES. Hebr. 1, 14. Matth. 18, 10. Col. 2. 5. Eph. 6. 11. 12.

IV. DE-

5) V. Objectum sunt res omnes fortuitae reales idest mundus tam partibus carentes quam compositae optimum mundum a deo productum esse negare nemo potest nisi qui de dei bonitate, sapientia, et sanctitate dubitat.

6) 3. Qui de fine creationis quaerit memor sub eorum quae Rom. 11 33–36. leguntur. ex quo loco et ex pluribus aliis constat ad Deum (εἰς) creata esse omnia

de Angelis agitur
1) quia excellenti natura sunt
2) eorum in sacris litteris frequens mentio fit
3) hominibus admodum utile est tam bonorum quam malorum naturam, studia, et actiones perspexisse
4) et quoniam rerum a deo creatarum excellens pars sunt non videtur commodiore loco de illis agi posse quam post locum de creatione.

item quoties ei qui מלח vocatur in sequentibus nomen Jehovae tribuitur. Math. 16.

Definit Angeli sunt spiritus finiti quorum in sacris litteris praeter hominem mentio fit.

1. Sacra scriptura tacente creationis tempus a nobis definiri nequit

IV. DENOMINATIO ANGELORVM, vbi

1. *Homonymia.* Tribuitur
   a. Filio DEI.
   b. Hominibus, in primis a DEO missis, maxime sacris doctoribus.
   c. Rebus inanimatis.
   d. His spiritibus, de quibus hic agitur.
2. *Synonymia.* Vocantur angeli, filii DEi, flammae ignis, ministri, caelorum exercitus.

V. EXSISTENTIA eorum probatur

1. *Ex sacris litteris*, in quibus mentio fit
   a. *Bonorum angelorum:* Hebr. 1, 4-7. 13. 14. Ps. 91, 11. Gen. 18, 2. Hebr. 13, 2. Luc. 2, 9. 13. Gen. 32, 1. 2.
   b. *Malorum:* Ephes. 6, 12. 13. Ioh. 8, 44. Iud. 6. 2 Petr. 2, 4.
2. *Ex lumine naturae.*

VI. PARTITIO EORVM. Sunt angeli

1. BONI, quorum
   a. *Caussa efficiens*
      α. *In genere*, DEVS; quod probatur
         aa. Ex contingentia et simplicitate eorum.
         bb. Ex scripturae testimoniis: Ps. 104, 4. Hebr. 1, 7.
      β. *In specie*, creatio eorum singulis personis est communis; quod probatur:
         aa. Quia opus est externum.
         bb. Ex Ps. 33, 6. Col. 1, 16.
         cc. Quia ad supremum singularum personarum imperium in vniuersum omnino est necessarium.

b. *Tempus creationis*, vbi duae dantur opiniones, quarum

α. *Prior* illam refert ad *diem secundum*,

aa. Ob Gen. 1, 6-8. coll. Ps. 33, 6. Neh. 9, 6. Ps. 104, 3. 4.

bb. Ob omissam mentionem adprobationis diuinae in secundo die.

β. *Posterior* illam refert ad *diem primum*,

aa. Quod simplicia omnia eo die creata sunt.

bb. Ob Iob. 38, 4. 7. 8.

c. *Essentia* eorum

α. *In genere:* Sunt substantiae intelligentes, (seu simplicia vi distincte repraesentandi praedita) quoad corpus non determinabiles.

β. *In specie* attributa eorum sunt

aa. Communia ipsis cum malis;

bb. Propria bonis, quorsum pertinet

αα. Scientia sui rerumque secum connexarum. Eph. 1, 21. c. 3, 10. 2 Sam. 14, 20.

ββ. Sanctitas. Matth. 25, 31.

γγ. Potentia. Gen. 19, 10. 11. Matth. 28, 2. Ps. 103, 20.

d. *Status* eorum

α. *Originalis*, antecedens, gratiae, explorationis.

β. *Confirmationis*, consequens, gloriae.

e. *Numerus* ipsorum magnus est, quod constat ex Apoc. 5, 11. Dan. 7, 10. Ps. 68, 18.

f. *Ordines* ipsorum.

g. Diffe-

a. Fuere ex wolfianis philosophis qui angelis etiam corpus tribuerint falsa ratiocinandi ratione decepti

d. Consistit in ea conformatione naturae ipsorum (quam etiam aliqui imaginem dei vocarunt) ut potuerint initio labi h:e: peccatu graviore suam felicitatem amittere

β. Quoniam enim in Cristo credentes dicuntur isanguli hi autem labi non possunt ut illi

Seces. Ephes: 6, 11. 12. Eph: 2, 1: 2: 2. Thim. 2, 25. 26.
a) quatenus reale quid in iis inest Deus creator.

α. Differunt a se inuicem
aa. Gradibus facultatum habituumque.
bb. Dignitate et subordinatione.
β. Probatio, quae desumitur
aa. Ex Eph. 1, 21. 1 Petr. 3, 22.
bb. Ex maiore perfectione vniuersi et ciuitatis diuinae.
cc. Ex summo ordine reliquarum rerum creatarum.

g. *Negotia*, quibus DEO seruiunt ipsique debita praestant officia, sunt
α. *Immediata* seruitia, quibus DEO immediate seruiunt:
aa. DEVM colunt. Iesʃ. 6, 3. Luc. 2, 13.
bb. Christo adparent. Matth. 4, 11.
cc. Ipsius mandatis obtemperant. Pʃ. 103, 20. Hebr. 1, 4.
β. *Mediata*, quae hominibus propter DEVM praestant, sunt
aa. *Communia*, quae subeunt singulis hominum statibus inseruiendo.
bb. *Peculiaria*, quae piis exhibent hominibus. Vbi admodum probabile est,
αα. In seruitiis communibus singulos angelos eorumque ordines singulis vicissitudinum generibus per singula loca praeesse.
ββ. Tutelares angelos hominum singulorum curam gerere.

2. MALI, quorum
a. *Caussa efficiens*.
b. Communis ipsorum essentiae, DEVS est. Apoc. 4, 11. Gen. 1, 31.

β. Praesentis ipsorum conditionis corruptae; lapsus est per voluntariam actionem illegitimam.

aa. *Tempus* lapsus, ante seductionem hominum, post creationis opus consummatum, non multo post incidit.

bb. *Causa* lapsus, ipsi angeli, viribus et libertate sua abusi, ita, vt

αα. Vnus ex praecipuis illorum initium fecerit vltro sine seductore; Ioh. 8, 44.

ββ. Reliquos in societatem pertraxerit. Iudae v. 6. 2 Petr. 2, 4.

cc. *Forma* huius peccati primi, fuit inordinata inclinatio versus bonum aliquod adparens, per confusam repraesentationem maioris cuiusdam perfectionis vel inuito DEO obtinendae.

dd. *Obiectum* huius adpetitionis illegitimae variis coniecturis nititur.

b. *Conditio* eorum.

α. *Denominationes*: Satanae, aduersarii, diaboli, impurorum spirituum, malorum, mendacium, homicidae, belialis, serpentis et draconis, principis deique mundi et saeculi, tenebrarumque, tentatoris, destructoris, daemonum.

β. *Essentia*, sunt substantiae intelligentes, quoad corpus non determinabiles.

Polemica.

Avera hujus loci recesserunt tam superstitiosi homines illi praesertim qui diabolis nimis magnam potentiam tribuerunt quam arrogantes illi scioli qui omnem eorum sim temere negarunt in quibus est balthasar Becsobata vus supstitis ingenii vir cujus liber qui inscribitur die bezauberte Welt ut multa habet praeclara et bonae frugis plenissima sic multa continet quae a vero sensu sacrae scripturae quam pro suo ingenio temere explicuit aliena sunt. Ejus auctoritatem multi theologi nostris temporibus sequuntur quibus qui sacrae scripturae fidem habent eamque recte interpretantur non assentientur.

γ. *Attributa*,

aa. Potentia. Eph. 6, 12.

bb. Versutia callidissima. 2 Cor. 11, 3.

cc. Malitia nefanda. 1 Ioh. 3, 8.

c. *Numerus* eorum magnus est, quod elucescit

α. Ex operationibus ipsorum.

β. Ex mentione expressa. Luc. 8, 30. Marc. 5, 9.

d. *Ordines* inter ipsos locum habere, probatur

α. Ex regno et imperio illorum. Luc. 11, 18.

β. Ex vno principe ipsorum. Luc. 11, 15.

e. *Negotia* illorum.

α. Eorum *consideratio*.

aa. DEO nefandas gerunt inimicitias. Matth. 13, 25.

bb. Hominibus nocent 1 Petr. 5, 8.

αα. Interne. Eph. 2, 2. 2 Cor. 4, 4.

ββ. Externe. 2 Thess. 2, 9. 1 Sam. 16, 14-23.

β. Eorum *limitatio a DEO*: diriguntur

aa. Ad optimos fines;

bb. Ad poenas ab impiis sumendas;

cc. Ad pios tentandos.

f. *Poenae*, quas luunt, sunt

α. *Praesentes* Iud. 6.

aa. Internae. 2 Petr. 2, 4.

bb. Externae. 1 Ioh. 3, 8. Act. 26, 28.

β. *Futurae*. Matth. 25, 41.

ARTICVLVS IIII.

DE PROVIDENTIA ET CONSERVATIONE.

Vbi consideranda veniunt

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina mixta, fundamentalis secundaria et antecedens.

III. SEDES. Actor. 17, 24-28. Matth. 6, 25-32. c. 10, 29-31.

IV. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

a. *Caussa efficiens*

α. *In genere*, DEVS.

aa. Ob perfectiones necessarias.

bb. Ob summum in res vniuersas dominium.

cc. Ob aeternum sapientissimi DEI decretum de rerum actualitate.

β. *In specie* tribuitur

aa. *Patri.* Matth. 6, 26. 32.

bb. *Filio.* Col. 1, 17.

cc. *Spiritui sancto.* Ps. 139, 13 sqq.

b. *Caussa media* seu instrumentalis

α. *In genere*, omnes in vniuersum res.

β. *In specie*, angeli et illi homines, a quibus aliorum plurium mutationes pendent.

c. *Caussa materialis*, seu obiectum sunt

α. Omnis rerum contingentium ambitus.

β. Omnes spiritus, quos DEVS peculiari quadam gubernatione complectitur.

γ. Homines pii, qui specialissima fruuntur prouidentia.

doctrina mixta quamvis ipsam providendi rationem
ratione intelligentia nostra comprehendere non possimus
multa quae occurrant ita impedita ut explicari a nobis ne
queant sic ut multi tam ex antiquis quam ex recensioribus
his difficultatibus adducti providentiam ipsam temere negare

praesertim filius Ebr I.

cc. Quod conservatione perficitur

cc. Cum opus dei ad extra sit et spiritui sancto administratio
et moderatio ecclesiae praesertim tribuatur 1 Cor. 12 u quae cum
omnium rerum administratione arctissime est copulata

b. Causa instr: est causa efficiens subordinata qua
deus utitur non virium inopia sed sapientissimo
consilio
a F. [illegible] arctissime nec sunt ita sunt inter se
copulatae ut una ab altera gignatur, alatur, adjuvetur
[illegible]. Si causis proximis instrumentalibus deus
non utitur aut earum effectum impedit gubernatio
extraordinaria est sed miraculosa
a. Omnis rerum contingentium ambitus a deo olim crea
tus quarum nulla cum sui rationem sufficientem
haut contineat esse aut manere potest nisi e
conservata mala uti creata non sunt ita nec
conservantur.

d.

x realibus contingentibus ~~exis~~ x cujus ipse rationem sufficientem nullo modo possunt continere.

F per quas agunt continuat nec augendas nimis ut deo soli omnes actiones tribuantur quod defensores systematis cartesiani (causarum occasionalium) faciunt nec imminuendis nimis quasi deus instituto semel natura ordine et nexu mundum suavi terri pateretur quemadmodum epicurei socinioni et ex arminianis aliqui somniant, deus autem ad actionem ita concurrit ut agens non sit causa coordinata sed subordinata

F singulas singularum rerum mutationes moderatur.

F singula in divi dua procreari et ali curet eorum que numerum sapientissime definiat

d. *Forma* prouidentiae absoluitur
α. CONSERVATIONE, quae in eo consistit, vt DEVS rebus omnibus exsistentiae continuationem sufficiat.
β. CONCVRSV
aa. *Generali*, quo DEVS vires rerum creatarum continuat. Pl. 139, 5.
bb. *Speciali*, qui rectius ad *gubernationem* refertur, estque
αα. Miraculosus.
ββ. Moralis, qui comprehendit
1) Rationalem;
2) Spiritualem, seu gratiosum.
γ. GVBERNATIONE, qua DEVS rerum creatarum mutationes procurat et sapientissime determinat, quae est
aa. *Ordinaria*, qua DEVS rebus omnibus ordinem naturae praescripsit, et nexum omnium rerum ordinat. Quo refertur
αα. *Generalior* gubernatio, quae ad mutationes rerum inanimatarum pertinet:
aaa. Vt DEVS singula rerum genera et species continuet.
bbb. Vt singulorum suppositorum mutationes dirigat:
ccc. Vt aëris inprimis vicissitudines disponat.
ββ. *Specialior* dirigit hominum mutationes, quo pertinent
aaa. *Vita*, cuius pendet a DEO

1) In-

1) Ingressus. Act. 17, 25.
2) Progressus. Act. 14, 17. Ioh. 10, 12. Luc. 1, 51 sqq.
3) Exitus, Apoc. 1, 18. vbi
αααα. *Terminus antecedens*, seu primus, quem singuli homines per naturae constitutionem attingere possent.
βββ. *Consequens*, quem actu consequuntur.

bbb. *Actiones hominum*, quas DEVS dirigit,
1) *In genere*:
aaa. In decernendis actionibus liberis, homines agentes libertate sua vtuntur.
βββ. In perficiendis consiliis, DEVS actiones humanas
a) Permittit, seu non impedit.
b) Impedit, si opus est.
c) Dirigit aliorsum, quam destinatae fuerant.
d) Limitat et circumscribit.
2) *In specie* DEVS versatur circa actiones
aaa. *Bonas*, vt illas iubeat, promoueat, adprobet, et remuneretur.
βββ. *Malas*, vt eas indignetur, prohibeat, impediat, permittat, limitet, ad optimos fines dirigat,

1) quo quisque loco tempore habi
tu animi et corporis et a quibus nosci debeat
2) educatio vitae genus sustentatio
et vitae vicissitudines.

3) cujus locus modus et tempus
adeo definiuntur in qua guber-
nationis parte quemadmodum
in universa ejus ratione multa occurrunt
quae a nobis comprehendi et expli
care nequeunt.

ob cum deus praeter, interdum contra naturae ordinem mutationem decernit et procurat

Eph. 1, 16 — bbb. mutationes omnes in regno gratiae quae vocatione illuminatione justificatione et sanctificatione sunt respectu regni naturae miracula

[illegible]

Locus de praedestinatione de quo tenet Bernhardus tom IV editionis montanae valde auctorit gravissimus est et cum nostra salute arctissime copulatus ex sacris litteris unice ita petendus ut nec ultra sapere velimus aut ejus rationem et modum nostro ingenio comprehendere

[illegible]

III Voces ἐκλέγειν et προορίζειν eligere et praedestinare tam de rebus usurpantur quam de personis. ἐκλέγειν, de personis adhibitum, est ex pluribus aliquem frui fungique aliqua re certo consilio velle quavis etiam voce προορίζειν subjecta est, electi ergo et praedestinati ad salutem sunt quos deinter caeteros homines aeterna salute frui certo consilio cupit interdum electum id

[illegible]

[illegible] quod eximium est et praestans act. 9, 15. math. 20, 16. 1 Thes. 5, 21.

dirigat, puniatque, nisi expientur.

bb. *Extraordinaria*, quo pertinent *miracula*, quorum

αα. *Definitio.* Sunt mutationes in viribus rerum creatarum legibusque mutationum et natura rerum non fundatae.

ββ. *Diuisio* miraculorum; pertinent ista *aaa.* Ad regnum *naturae.* Ioel. 3, 4. *bbb.* Ad regnum *gratiae;* ad cuius incrementa prouehenda omnia diriguntur. Act. 2, 22.

e. *Caussa finalis.* Finis est

α. *Vltimus*, gloria DEI.

β. *Intermedius*, felicitas rerum creatarum, spirituum in primis, et maxime piorum.

ARTICVLVS V.

DE PRAEDESTINATIONE.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis secundi ordinis.)

III. HOMONYMIA PRAEDESTINATIONIS, qua denotat

1. Quoduis DEI decretum. Act. 17, 26.

2. Illud in primis, quo salutis ordo a DEO definitur. 1 Cor. 2, 7.

3. Illud maxime, quo hominum hunc ordinem salutis ingressurorum salus determinata est. Rom. 8, 29.

4. Per-

4. Perperam illud decretum, quo hominum salutis ordinem praetergressurorum interitus iustissime non impeditus definitur.

IV. SYNONYMIA. Dicitur *electio*, *nominis in libro vitae consignatio*, *inscriptio nominis in caelis*.

V. SEDES. Rom. 8, 28-30. Eph. 1, 4. 5.

VI. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI, vbi occurrunt consideranda

1. DECRETA DEI, quae sunt

a. *In genere* volitiones de rerum exsistentiis.

b. *In specie* consideratur decretum *electionis* et *reprobationis*, quod concipi potest

α. Vt *ratiocinium*, cuius

aa. Maior complectitur ipsum salutis ordinem, eiusque et obseruati et contemti euentus.

bb. Minor absoluitur praeuisione relationis hominum ad illum salutis ordinem.

cc. Conclusio efficitur de singulorum indiuiduorum salute vel miseria certo euentura.

β. *Rationes*, seu fundamenta harum praemissarum.

aa. Maior nititur *antecedente DEI voluntate*, seu *protheſi*, h. e. proposito DEI, quae voluntas

αα. Complectitur illas vniuersales veritates, quibus ipsum illud DEI decretum innititur.

ββ. Consistit in seria inclinatione seruandi

[illegible] Reprobatio [illegible]

quod reformati olim fecerunt Zanchius praesertim horenda prorsus de hac re ~~profunda~~ effundens.
[illegible]

1 auctor
2 forma
3 objectum
4. Affectiones

I auctor — auctor electionis ex conomice pater est

[illegible]

II forma de forma electionis tenendum a) eligere esse: ~~unum potius~~ aliquos ex multis certo consilio aliqua re frui fungique velle; ex quo consequitur, dei decretum absolutum non esse

quod nulla ratione nititur [illegible]

— b) cum deus aliquos modo eligit id non fieri propterea quod nolit omnes salvari 1 Th: 2, 4: 4, 10. aut salvari omnes nequeant seu quod redempti non sint Rom 5, 12. 18. seu quod sufficiens gratia non omnibus offeratur sed ob eam causam quod aliqui se salvari patiuntur, alii autem molunt et morose resistunt....

1 Pet. 1, 2.

III Ojectum. De objecto tenendum a) non omnes sed secundo b) aliquos modo electos esse quos Paulus ad Rom 8, 29. 30 et ad Eph: cap 1, 4, 5. describit

IV. Affectiones

a) ut omnia decreta dei aeterna sunt et immutabilia Eph. 1, 4.

b) Hoc est Salutem qua deus nos frui voluit esse a Cristo promeritam ejusque nos fieri per fidem in Christum participes.

c) quod ideo ab Apost: additur ut constet omnem Salutem nostram pendere ab ipso et esse ipsum salutis nostrae studiosissimum

d) per quam justificamur et beamur Rom. 3, 1

e) quum a deo qui errare nequit decreta sit

f) et debet 2 Pet: 1, 10. Rom 8, 38. 39

vandi omnes homines, qui ordinem salutis ingrediuntur. Quo pertinet

1) Vniuersalis DEI *amor* in homines ad vnum omnes. Ioh. 3, 16.

2) Vniuersalis salutis adquisitio, seu *meritum* Christi. 1 Tim. 2, 6.

3) Vniuersalis hominum *vocatio*. Col. 1, 23.

bb. *Minor* et *conclusio* nituntur *consequente DEI voluntate*, quae voluntas

αα. Proxime nititur praeuisione diuina.

ββ. Consistit in vtroque decreto

1) *Seruandi* hos illosue homines salutis ordinem ingressos, quod *electio* et *praedestinatio* vocatur. Marc. 16, 16.

2) *Condemnandi* hos illosue pertinaci contemtu a salutis ordine abhorrentes, quod *reprobatio* dicitur. Marc. 16, 16.

2. ATTRIBVTA praedestinationis.

a. Aeterna est et immutabilis.

b. In Christo facta.

c. Ex proposito diuino.

d. Respectu fidei.

e. Ad gratiae statum et gloriam connexam.

f. Certa est et infallibilis.

g. A singulis sua ipsorummet praedestinatio cognosci potest.

h. Electo-

h. Electorum malitia et reproborum fides per tempus aliquod locum habere potest.

3. PARTICVLARITAS praedestinationis dependet
a. Non a decreto DEI;
b. Sed culpa hominum.

4. AEQVITAS eiusdem adparet ex eo, quod
a. Nihil hac in re absolute decreuerit DEVS.
b. Sed habita ratione conditionis hominum singulorum voluntariae praeuisae.

ARTICVLVS VI.

DE CHRISTO.

Vbi explicatur

I. NEXVS.
II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis maxima
III. PARTITIO HVIVS ARTICVLI.
1. De *persona*,
2. De *officio mediatorio*,
3. De *statibus diuersis Christi*.

CAPVT I.

DE PERSONA CHRISTI.

I. SEDES. Luc. 1, 35. Ioh. 1, 14. Col. 2, 9.
II. EXPLICATIO ipsa huius capitis.
1. DE NATVRIS CHRISTI
(1) DIVINA, quae probatur
a. Ex *nominibus* diuinis Ioh. 1, 1. 2. c. 5, 18. Gal. 1, 1-12. c. 4, 8. 9. Ioh. 1, 14 c. 14, 6. Ier. 23, 6. Num. 21, 5. 6. coll. 1 Cor. 10, 9. Apoc. 1, 8.

b. Ex

quod exemplar Pauli Davidis et Petri et Judae probant

a. rectius ab antecedente ejus voluntate, quod deus quantum in ipso est aliquos potuerit salvari
b. quod deus oblatam gratiam ad finem usque repudiaturos esse praevidit
4. Quis enim iniquitatis deum coarguat

[illegible]

quae non solum ex sacris litteris unice petenda est sed etiam ab illis tantum recte cognoscitur qui a patre ipso per spiritum s. traditi sunt Joh. 6. 44. 16. 12, 3.
[illegible]

in cuius cognitione omnis salus est et ex qua reliqua doctrinae ita explicantur ut sine ea nullam aliam rite cognoscere possimus. Joh. 20, 31.

II. Persona est substantia intelligens in Xpo qui una substantia intelligens est duae naturae sunt una divina altera humana naturam vocamus quicquid virium et facultatum in aliqua re inest quibus etiam essentia continetur, itaque natura divina complexus summarum et infinitarum perfectionum est quam in Christo sacra scriptura esse perspicuae et solide tradit.

Subst: ein Ding das [illegible] seyn kan ohne eine Bestimmung von einem andern Dinge zu seyn.

a. argumentum quod ad demonstrandam naturam Xpti divinam ex nominibus divinis ducitur hoc syllogismo potest includi: cui nomen dei et quidem singulari ratione additis singularibus attributis et cum primis nomen Jehovae in sacris litteris tribuitur eum verum deum esse oportet, jam Jesu Xpto nomen dei et quidem singulari ratione Joh. 1, 1-3. Rom. 9, 5 adjunctis singularibus attributis Rom. 9, 5. 1 Joh. 1, 2.

et cum primis nomen Jehovae Jer 6, Joh, 12, 46, numerorum 21, 56, et Cor, 10, 9 imponitur ergo Jesum verum deum esse oportet

b. Si Xstum verum hominem natura esse propterea recte judicamus quia filius hominis vocatur sequitur eum quia filius dei vocatur natura deum esse atqui prius verum est ergo.

c. Ex attributis divinis Xstum verum deum esse sic colligimus: qui patri ita aequalis est ut qui eum videt patrem videat idemque necessarius est independens aeternus immutabilis, immensus, omnipotens et cordium omnituens scrutator, is verus deus est, quam Xstum Jesum esse patri aequalem Phil 2, 6 ita ut qui eum videt patrem videat Joh 14, 9 necessarium Joh 5, 26. independentem Joh 6, 16 aeternum Jes: 9 immutabilem Hebr: 1, 11 et 12, 13, 8 immensum et omnipraesentem Ephes 1, 23 Joh 3, 13. omnipotentem Math, 28, 18. cordium omnituentem scrutatorum Joh 2, 25 ergo eum verum deum esse oportet.

d. Naturam Xsti divinam ex quibus operibus sic probamus a quo opera fere divina edita sunt eum verum deum esse necesse est jam constat a) Mundum ab eo creatum esse Heb: 1, 10 b) eundem ab eo conservari ibid: 3 v c) mortuos ab eo in vitam revocatum et extremum judicium ab eo habitum iri Joh 5, 27. 28. 29. 22. ergo ...

e. Argumentum ex honore divino po div: natur Xsti Duchum ita habet: cui dei jus sa dis: honor tribuladur est par illi quo pater est prosequendus illum verum deum esse oportet Jes 42, 8 atqui filio item honor asseritur qui patri debetur ergo.

Naturam Xsti divinam ex sic dictis christianis partim indubium vocarunt partim negarunt Sec: I Cerinthiani Sec: II Inosticorum agmina Carpocratiani praesertim Sec: III Artemonis cum Paulo Samosateno Sec: IV arriani et Photiniani et quibus videatur Walchii vollständige historie der Lehrung et recentioribus temporibus Sociniani cum assectis partim apertis partim plantestinis. Scriptores qui de persona Xsti scripserunt commemorantur a Walchio Bibliotheca Sel: Thom I pag: 195.

~~d. Miss.~~

a. Origo humanae naturae

α Missio filii in mundum est consilium et voluntas dei patris praesertim ut suscepta humana natura redemtionem hominum perficeret

β. incarnatio autem seu adventus filii in mundum est ipsa naturae humanae susceptio.

b. Ex *denominatione filii DEI.* Ioh. 5, 17-20. Hebr. 1, 4. 5. Rom. 8, 32. Ioh. 1, 14. 18. Col. 1. 15. Matth. 17, 5. Pſ. 2, 7. Hebr. 1, 3.

c. Ex *attributis* diuinis. Ioh. 1, 1. 2. 10. 15. Apoc. 4, 8. Ioh. 2, 24. 25. Matth. 28, 20. c. 18, 20.

d. Ex *operibus* diuinis. Ioh. 1, 3-10. Luc. 7, 14. 16. 22. Ioh. 20, 30. 31. Actor. 4, 7. 10. Eph. 1, 22. 23. Ioh. 5, 22. 27.

e. Ex *honore* diuino. Ioh. 5, 23. 41. Pſ. 2, 10-12. Actor. 7, 58. coll. v. 55. Ioh. 1, 12. c. 3, 16. 36. Phil. 2, 9-11. Rom. 9, 11.

(2) HVMANA, cuius

a. *Comprobatio* deducitur

α. Ex ipſo fine, cui deſtinatus fuerat.

β. Ex teſtimoniis ſacrarum litterarum, quae enarrant

aa. Natiuitatem et familiam; Matth. 1. Luc. 1.

bb. Nomina humana; Ioh. 8, 40.

cc. Partes et attributa ipſi cum aliis hominibus communia. Matth. 4, 2.

b. *Origo* humanae naturae, quae abſoluitur

α. *Miſſione* eius a Patre ab aeterno facta, per varios euidentiae gradus manifeſtata, ſuo tamen tempore peracta.

β. Ipſa *incarnatione.*

aa. Cauſſa efficiens.

αα. *In genere*, DEVS.

ββ. *In ſpecie*, ſingulae in ipſo perſonae.

bb. *Forma* in eo consistit, vt partes essentiales hominis cum diuina natura arctissime coniungerentur, vt vnum suppositum intelligens cum diuina natura efficerent. Quo pertinet,

αα. Vt partibus hominis essentialibus constiterit, neque adfectionibus praesentis hominum conditionis caruerit.

ββ. Vt nonnulla habuerit peculiaria ipsi propria:

aaa. Vt sine peccato fuerit.

bbb. Vt infirmitates ex peccato ortas, ab eodem tamen separabiles, sponte susceperit.

ccc. Vt singulari gauisus sit

ααα. Imperſonalitate;

βββ. Immortalitate;

γγγ. Praestantia.

2. DE VNIONE ET COMMVNIONE HARVM NATVRARVM CHRISTI, quo pertinet

a. Vnio, quae oritur ex ista vtriusque naturae in Christo praesentia, cuius

α. Initium est *vnitio.*

β. Status et conditio vocatur *vnio.*

b. Ratio et conditio eius est

α. *Negatiue*, nec naturalis, nec essentialis, nec accidentalis, nec mystica, nec moralis, nec verbalis, nec praedicamentalis, nec sacramentalis.

β. *Positiue*, sed realis, supernaturalis et personalis. c. Con-

consistit ut essentia hominis et attributa et vires hominis habuerit.

quod a patribus ratione naturae divinae ἐκ παρκοσίς ratione humana autem assumptio et deratio vocatur. —

F. Tam corporis quam animi eiusque utriusque facultatis tam cognoscendi quam appetendi non modo superioris sed etiam inferioris.

ββ. inhesive, subjective, formaliter non imputative Eccl. 5, 21.

[illegible] quatenus recepit peccata nostra

In doctrina de humana natura Xsti errarum 1, sic dictae docetae Xsti verum corpus negantes Simon Magus cum assectis Menandro Basilide Saturnino Martione sec: I et II. secul III Manuthei Scriptscillianistae sec. IV. Recentioribus temporibus Anabaptistae. Verum animam Xsti negarunt Arriani, Apollinaristae sec. V et Monotheletae secul: VII. Doeret et M. Bourignon, et Petersen.

[illegible]

βββ. non est interna naturae necessitate mortuus

ex conjunctione cum divina

A et B si unum fiunt uniuntur unitorum ortus est unitio eorum duratio unio natura divina et humana cum unum salvatorem efficiant 1 Th: 2, 5. unitae sunt: ~~natura divina unit unitio~~ unitio facta est in susceptione humanae naturae. rationem et modum unionis nemo explicare potest aut simili exemplo illustrare itaque his quae sacra scriptura tradit unice est adhaerendum praedicamentalis unio intercedit inter genus et eas formas quas sub se comprehendit.

hest non sola accidentia se ipsae naturae sunt inter se unita. moralis unio est cum plures personae ad unum finem consilia jungant: moralis unio qui inter deum et eos qui in eum credunt intercedit mystica vocatur. —

ex facta a συνχυτῶς, ἀτρέπτως, ἀχωρίστως, ἀδιευρέτως

α. Ut natura divina fuerit propria natura filii hominis et humana natura propria natura τοῦ λόγου Joh. 3, 13. Act. 20, 28. Joh 1, 14

1 Cor. 15, 47. Luc. 2, 7. Jes. 9, 6. Luc. 3, 23 [illegible] 38. Röm. 9, 5

αα. Cum enim per hanc communionem naturarum divina natura sit propria natura filii hominis et humana filii dei: sequitur ut divinae naturae proprietates filio hominis et humanae naturae idiomata filio dei recte tribuantur.

1. Communicatio ideomatum.

Wenn die menschliche Natur die wahre Natur des Sohnes gottes ist so müssen auch die Eigenschaften der menschlichen Natur die wahre Eigenschaft des Sohnes gottes seyn und umgekehrt

Apotheles maveteres appellarunt θεανδρικὴν ἐνεργείαν.

6

αα. hoc genus vocant ἐπιζειξὶν ὀνομάτων, ἐναλλαγὴν, item κεινωσιὰν ὀνομάτων item antidosin.

c. Consistit in permeatione et mutua coniunctione ad opera communia. Vnde enascuntur

α. Communio naturarum;

β. Propositiones personales, quibus concreta naturarum de se inuicem praedicantur; hinc *communicatio proprietatum.*

γ. *communicatio*

aa. In genere.

αα. Enascitur ex vnione personali & communione naturarum.

ββ. Consistit in eo, vt vtraque natura alterius proprietates suas fecerit, quoad per vtriusque essentiam fieri potuit, easque possideat

aaa. Nec per impropriam denominationem, nec per transfusionem immediatam;

bbb. Sed mediante vnione personali.

γγ. Comprobatur

aaa. Ex fine huius personae.

bbb. Ex ipsa vnione naturarum in eadem.

ccc. Ex inductione singularum ipsius specierum.

bb. In specie, tria dantur genera.

αα. *Primum genus* complectitur eas propositiones, *quibus idiomata vnius naturae de concreto vel alterius naturae vel totius*

personae praedicantur. Quorsum pertinent loquutiones, quibus

aaa. Proprietates vnius naturae personae ab vtraque denominatae tribuuntur; quod vocatur ἀντίδοσις.

bbb. Concreto humanae naturae attributa diuina adscribuntur, κοινωνία τῶν θείων.

ccc. Humanae naturae adfectiones de concreto diuinae naturae enuntiantur, ἰδιοποίησις. Quae propositiones ad vnam omnes *restrictiue* intelligendae sunt.

ββ. *Secundum genus* comprehendit eas propositiones, *quibus operationes mediatoriae concreto vel ab vtraque vel alterutra natura denominato tribuuntur*.

aaa. Quae ita sunt intelligendae, vt illae operationes pro effectu communi quidem vtriusque naturae habeantur; singulis tamen ea tribuantur, quae per essentiam earumdem ipsis competunt, alteri autem ob concursum et adpropriationem adscribantur.

bbb. Plerique hoc genus vocant *tertium*, seu *apotelesmaticum*.

γγ. *Tertium genus* continet eas propositiones, *quibus attributa diuina humanae naturae tribuuntur, seu de abstracto alterius humanae naturae praedi-*

κοινωνία.

κατὰ

κατὰ

ἀποθελεσμα veteres appellarunt θεανθρικὴ ἐνεργείαν

Exempla sunt Xstus mortuus pro peccatis nostris 1 Cor 15, 3. Xstus dedit se ipsum pro peccatis nostris 1 Th. 2, 5. 6. Xstus dedit te pro nobis hostiam Deus redemit ecclesiam sanguine suo filius hominis venit salvatum τὸ ἀποδολοθεὶς Luc. 19. 10. Act: 20, 28,

γγ. Tertium genus ex sacris litteris nondum probatum est nec probari posse videtur

Caput alterum

De officio Xpi mediatoris. locus omnium gravissimus et uberrimus duo membra habet. In priore Jesum Mariae filium Xpum esse demonstratur in altero de ipsius officii ratione disputatur sedem hujus doctrinae possit totam sacram scripturam dicere Joh: 20. 31. actor: 10, 43. In priore membro explicando tria occurrunt primum thesis ipsa explicatur secundum rei momentum ostentatur 3) demonstratio theseos subjicitur

thesis ipsa decl:

1. Vox משיח graece Xpstos proprie regem denotant sic salvator noster vocatur, non modo propter infinitum in rex omnes imperium sed etiam ob eam causam quod sua redemptione perfecit ut homines ipsius imperium in se debeant, velint et possint agnoscere quem humano generi F promissum esse constat, tum ex ipsarum diligenti inspectione tum ex autentica earum explicatione Luc 24, 27. 46. actor 10 43. 1 Cor. 15 3 4

F in sacris litteris

1. Qui gravissime adsalverarunt omnem salutem hac re contineri Joh, 8, 24 actor. 4. 10 – 12. et Joh 5 10. 11. 12.

3) quae sine hac nec intelliguntur recte nec probantur nobis nec vim suam satis exerere possunt

praedicantur; operatiua immediate, quiescentia autem mediate.

aa. Haec attributa immediate et essentialiter diuinae naturae tamquam subiecto primario, humanae autem vt subiecto secundario insunt.

bbb. Ex recepta ordinis formula est *secundum* genus, *maiestaticum*, *auchematicum*, μετάδοσις, ἐλτίωσις, *exaltatio*, *vnctio*, dictum.

CAPVT II.

DE OFFICIO MEDIATORIO CHRISTI.

I. SEDES. 1 Tim. 2, 5. 6. Hebr. 2, 17. 1 Ioh. 2, v. 2.

II. METHODVS COGNOSCENDI hanc doctrinam. Vbi cognitu est necessarium,

1. Fuisse humano generi promissum felicitatis perditae instauratorem.
2. Notas ad eumdem cognoscendum sufficientes hisce promissis esse adiectas.
3. Iesum Mariae filium esse hunc salutis nostrae auctorem.

III. MOMENTVM HVIVS DOCTRINAE maximum est, quod adparet

1. Ex Christi legatorumque illius exemplo.
2. Ex euidentissimis scripturae testimoniis.
3. Ex nexu huius doctrinae cum reliquo diuinitus reuelatarum doctrinarum corpore.

IV. IPSA CAPITIS HVIVS TRACTATIO, vbi

1. *Demonstratio* huius doctrinae

a. Ex testimoniis DEI, ipsius Christi et aliorum testium fide dignissimorum.

b. Ex inductione et ostensione notarum omnium in praegressis oraculis diuinis indictarum, huic Iesu Nazareno adprime conuenientium. Quo referuntur duae classes, quarum

α. *Prior* continet illas notas, quae ad ipsum seruatorem pertinent, quae sunt

aa. Doctrina seruatoris. Deut. 18, 15. 18. Ps. 23, 2 sqq.

bb. Miracula promissa. Ies. 35, 5. 6.

cc. Contemtus et odium, quo a ciuibus fuit exceptus. Ies. 53, 2 sqq.

dd. Varii casus laetiores tristioresque. Mal. 3, 1. Ies. 7, 14. c. 52, 14. Zach. 11, 12. 13.

β. *Altera* comprehendit reliquas notas externas, quae a momentis et circumstantiis connexis desumuntur; quo pertinet

aa. Procreatio ex regia Dauidis stirpe. Ies. 11, 1.

bb. Locus natiuitatis, Bethlehem. Mich. 5, 1.

cc. Tempus natiuitatis, quo referas:

αα. Seruatorem nascendum fuisse

aaa. Paullo post imperium Iudaeis ablatum. Gen. 49, 10.

bbb. Sub templi secundi tempus. Hag. 2, 7. 10.

ex testimoniis Sacrae Scripturae patris Xpi Math 26, 63 — Joh, 18, 37. Aliorum Johan. baptistae, Apost. omnium, tot fidelium et martyrum praesertim tam verbis quam tactis miraculis maxime morte etiam tam violenta quam placida quam pro confirmanda hac doctrina obierunt.

Math 17, 5
Joh. 1, 29, 30, 31.
1 Joh 2, 22.

bb. Maxime cum miracula tam a Xpo quam ab Apostolis non modo maximo numero quod nec Judei nec a Xpo doctrina alieni aequales homines nunquam negarunt sed etiam hoc consilio patrata sint ut Jesum messiam esse constaret.

Jesa: 61. 1. rrgl. st Luc IV, 16
Jes 35, 5 6 — Math 11, 2
Joh 11, 42, 43, 21, 31. Act 4, 1-13

bb. Quo pertinet ingressus equus solennis in urbem Zach: 9, 9. Math 21 proditio discipuli triginta siclis Zach 11, 12, 13. rrgl. Math 27, 9, 10.
vociferatio in cruce Ps 22, 2 rrgl. Math 27, 46.
propinatio fellis et adsepi Ps. 69, 22. rrgl. st Joh, 19. 28.
vestium divisio Ps 22, 19. Joh, 19, 23. 24.
contictio lateris Zach 12, 10 Joh 19, 37.
societas latronum Jes 53, 12. Luc 22, 37.
sepultura et resuscitatio Ps 16 rrgl. Act 2, 25.
quae cum aliis multis N. simul sumta Jesum nazarenum Messiam esse facile declarat.

aaa. Quo tempore Juda adhuc esset reparata tribus futura

reparata

occ. Consulendi sunt viri clarissimi Joh: Dav: Michaelis et Hassenkampius profer apud Hinteleses a quo hoc vaticinium egregie est explicatum.

c. Unumquemque suus sensus immunitas a peccatis et poenis fructus dulcissimae consuetudinis nova mentis indoles per fidem in Jesum obtinenda ~~prope~~ evangelii docere debet Jesum esse Messiam quod nivit non poterit testimoniis dei ex animo credere.

1

1 Mediatorem quae vox εὐηρα[illegible] est vocant eum qui sua opera dissidentes in gratiam reducet et quae po consilio ab eo fiunt mediatoris officium. Itaque Xsti officium mediatorium omnibus aliis rebus quas Xsts gessit ut homines deo reconciliaret.

2. Officium Xsti mediatoris in tria alia propheticum sacerdotale et regium dispescitur quod necessarium non est cum autem quae ab eo ad salvandos homines facta sunt non incommode ad unum eorum revocari possint tropos hic praeiudicias a plerisque receptus et si sit impeditior retineri potest. Ordo in explicandis his officiis est arbitrarius ceterum consultius esse videtur ab explicando munere sacerdotali initium facere

α quo pertinet
a, quid sit propheticum officium universae
1, quid sint prophetae
2, quo consistat eorum officium

ccc. Circa exitum septuaginta hebdomadum Danielis. Dan. 9, 24.

ββ. Iesum Nazarenum vixisse hoc ipso tempore.

c. Ex experientia

α. Verissimorum scripturae testimoniorum, quibus ordo salutis ab ipso manifestatus et omnis pendens continetur.

β. Effectuum precibus et fide in ipso posita obtinendorum.

2. *Partitio officii mediatorii.*

a. Ordo, quo officia seruatoris collocari solent, desumitur

α. Ab interno eorum *nexu*: sacerdotale, propheticum et regium.

β. A *tempore*, quo praecipue peracta fuerunt: propheticum, sacerdotale et regium.

b. Explicatio officiorum Christi:

1) OFFICIVM PROPHETICVM, quo pertinet

α. *Definitio*,

aa. *In genere*, fuerunt prophetae legati DEI, ad rerum ignotarum hominibus scitu necessariarum manifestationem missi.

bb. *In specie* consistit officium propheticum in eo, vt nuntium de instauratione felicitatis humanae ordinemque salutis atque peculiaria subinde DEI decreta et man-

data omni fide hominibus perferrent. Luc. 24, 19. Ioh. 6, 14.

β. *Probatio*, Iesum fuisse eiusmodi prophetam, instituitur

aa. Ex ipsa necessitate testificationis partae salutis.

bb. Ex testimoniis sacrarum litterarum

αα. Veteris testamenti, quibus *propheta* et *pastor* vocatur. Deut. 18, 15-18.

ββ. Noui testamenti, quibus

aaa. Eaedem denominationes ipsi tribuuntur. Ioh. 6, 14. 1 Petr. 2, 25.

bbb. Eius diuina constitutio proponitur. Matth. 3, 17. c. 17, 5.

ccc. Functiones huius officii enarrantur. Matth. 4, 12-17. Ioh. 6-- c. 12.

γ. *Subiectum.* Pertinet hoc officium ad vtramque eius naturam, et ad vtrumque ipsius statum.

δ. *Obiectum personale*

aa. In *immediata* eius functione fuerunt Iudaei, non tamen omnino exclusis aliarum gentium hominibus. Matth. 15. Marc. 7, 24.

bb. In *mediata* sunt omnes in vniuersum homines. Gen. 49, 10. Col. 1, 6. 23.

ε. *Forma.* Ordinatus fuit Iesus ad has prophetae partes obeundas a DEO

aa. Ipso

p. Cum in Xsto notae prophetarum omnes conspiciantur nec nomen ei negare potest quod ei in sacra scriptura nominatim tribuitur

Luc 7, 16.

v. namque ἐὶς μεσιτης εἰ et duae naturae constituunt eorum sospitatorem

xx) cum suscepta natura humana docendi munere apud Judaeos functus est

aaa. praesertim legislatio in monte Sinai

bb. quando aliorum opera ad docendos homines utitur
Ppunde constat eum munere prophetico etiam in statu exaltationis fungi.
1. Cum homines in gratiam apud deum non reducantur nisi ad ipsum convertantur quod a Xpo tanquam propheta procuratur constat officium Xpti propheticum ad officium ejus mediatorium pertinere.
2. officium sacerdotale
a. in genere: sacerdotes israelitici qui Xpti Typi fuerunt Jach: 3, 8.
a deo erant constituti ut peccata israelitarum expiarent munera eorum deo offerrent sanctitati et castitati.

aa. Ipso DEI decreto aeterno;
bb. Missione et vnctione; Iesˢ. 61, 1 sqq. Ioh. 3, 34.
cc. Sollemni promulgatione; Matth. 3, 17. c. 17, 5.
dd. Miraculorum testimonio reali. Ioh. 5, 36.

ζ. *Functio* huius officii est
aa. Immediata, quo pertinent
αα. Proprie, adnuntiatio et explicatio rerum diuinarum hominibus scitu necessariarum methodo auditoribus conuenientissima. Luc. 2. Marc. 1, 14.
ββ. Improprie,
aaa. Adparitiones eiusdem ante ipsum aduentum.
bbb. Internae hominum institutiones, quas procurat
ααα. Immediate;
βββ. Mediis adhibitis.
bb. Mediata, quo pertinet
αα. Constitutio doctorum sacrorum. Eph. 4, 11.
ββ. Directio eorum ad cognitionem doctrinarum diuinarum inter homines conseruandam prouehendamque. 2 Cor. 5, 20.

2) OFFICIVM SACERDOTALE, vbi
α. *Typus sacerdotii*, qui fuerunt *Melchisedecus* et *Aaron*.
β. *Sacerdotium* consistebat in eo,

aa. Vt peccata hominum sacrificiis a DEO ordinatis expiarent.

bb. Vt salutem ipsorum et gratiae conciliationem apud DEVM deprecarentur.

cc. Vt salutem partam impertirent iisdem, et DEI nomine eos felices esse iuberent.

γ. *Demonstratio.* Iesum has vices obiisse. Id quod probatur

aa. Ex denominatione *sacerdotis.*

bb. Ex ipso mediatoris officio.

cc. Ex loquutionibus desumtis a sacerdotibus praegressis, quibus res gestae ipsius in DEO hominibus conciliando describuntur.

dd. Ex inductione illarum operationum, quibus has vices sacerdotis sustinuit. Ebr. 9, 14. Ebr. 7, 24. 28. Ies. 49, 8.

δ. *Subiectum.* Pertinet hoc officium ad vtramque eius naturam, et ad vtrumque ipsius statum.

ε. *Forma.* Constitutio huius sacerdotis a DEO facta est Ebr. 4, 15. 5, 5. 6.

aa. Aeterno foedere diuinarum personarum. Ebr. 10, 5.

bb. Promissionibus eiusmodi sacerdotis homines expiaturi olim mittendi.

cc. Ipsa illius missione, et procurata omnium harum promissionum typorumque in eodem impletione.

ζ. *Obiectum personale* fuerunt omnes in vni-

religiose omni ratione prospice-
rent et bene ipsis praecaverentur;
pontifex praesertim solemni sacri-
ficio totum populum semel quotannis
expiavit: itaque Xstum Sacerdotem
et pontificem dicimus qua pecca-
ta mortalium delevit quaeve illi
faciunt ut deo grati sint efficit, eos
deo sanctificat ipsisque bene praecatur
quae ab eo ad procuranda haec benefi-
cia facta sunt fiuntque ejus offici-
am sacerdotale vocantur in quo expli-
cando considerantur secundo in
Specie

Xstus sacerdos et pontifex hominum peccata expiavit 2 Cor 5, 19 h: e: hominum peccata sibi imputari voluit Jes 53, 6. 2 Cor 5, 29. 1 Pet 2, 24; 2 eorum poenas persolvit Jes 53, 5 2 Cor 5, 14.15 sic ut homines in iudicio divino omni crimine et poena sint liberati Röm 8, 31–34. hoc a Theologis vocatur obedientia Xsti passiva non comodissime.

Idem Xstus sacerdos hominibus justitiam aeternam conciliavit cum Xsti sanctitas et justitia credentibus imputetur Koh 2, 9. Joh 17, 19. Röm 5, 18. 1 Cor 1, 30. Ebr 10, 10 quod ejus obedientiam activam vocant.

Eidem debemus liberbatem a peccatorum dominatu Röm 8, 3 et vires sancte et caste vivendi 2 Cor 5, 15 1 Pet 2, 24. 25. per spiritum sanctum qui propter eum nobis impertitur Joh 16, 7.

IV. Esse a Xsto omnium hominum expiationem factam nemine excepto ex grav: Pauli asseveratione constat Röm 5, 19. quam multa alia loca 1 Joh 2, 1. 2. 2 Cor 5, 14. esse etiam probis satisfactum qui damnantur 2 Pet 2, Ebr 10, 29 affirmatur

vniuersum homines. Ioh. 3,16. Rom. 5, 18. 2 Cor. 5,10.15. 2 Petr. 2,1. Matth. 23,37.

γγ. *Partes* huius officii sunt tres:

aa. *Expiatio peccatorum hominum:* cuius

αα. *Demonstratio*

aaa. Ex oraculis diuinis, et quidem

ααα. Ex expressa eius mentione: 1 Tim. 2, 5. 6. Hebr. 2, 17. 2 Cor. 5, 19-21. Hebr. 9, 14.

βββ. Ex phrasibus, quibus dicitur:

(a) Iesum peccata nostra sustulisse. Ioh. 1, 29. 1 Ioh. 3, 5.

(b) Nostri caussa locoque mortem obiisse. Rom. 4, 25. c. 5, 8.

(c) Acceptissimum DEO sacrificium pro nobis obtulisse. Hebr. 9 et 10. Eph. 5, 2. 1 Petr. 2, 24.

bbb. Ex ipsa grauissimarum eius perpessionum indole.

ββ. *Explicatio.* Absoluitur haec expiatio

aaa. Substitutione vicaria.

bbb. Praestatione huius obligationis, cui ex asse satisfecit

ααα. Obedientia *actiua;* Gal. 4, 4. 5.

βββ. *Passiua.* Phil. 2, 8.

bb. *Deprecatio sacerdotalis,* cuius

αα. De-

αα. *Demonstratio*
aaa. Ex typo sacerdotum ipsum praegressorum.
bbb. Ex ipso fine salutis nobis parandae adplicandaeque.
ccc. Ex testimoniis scripturae sacrae. Hebr. 5, 7. Rom. 8, 34.
ββ. *Subiectum* fuit Iesus
aaa. Secundum vtramque naturam.
bbb. Secundum vtrumque statum.
γγ. *Obiectum*,
aaa. In quod directae fuerunt hae deprecationes, fuit DEVS et oeconomice prima in DEO persona.
bbb. Pro quo fuerunt fusae, seu *obiectum personale*, sunt
ααα. Homines in vniuersum omnes, ad quos expiatio pertinet.
βββ. Ciues in primis ipsius, ordinem salutis ingressi, doctores aliorum et lapsi et tentati.
ccc. Circa quod versatae sunt deprecationes, seu *obiectum reale* fuit adplicatio expiationis factae cum vniuerso eiusdem fructu salutari.
δδ. *Forma.* Consistit in eo, vt oblato sacrificio expiatorio acceptionem

DD. Morum et rationem deprecationis qua in statu gloriae tacente sacra scriptura explicare non possumus

ptionem illius fructusque eius exhibendos hominibus DEVM rogauerit per ipsius perfectiones, et promissionum foederisque fidem.

bb. Benedictio sacerdotalis, cuius

αα. Demonstratio

aaa. Ex partibus sacerdotum ipsum praegressorum.

bbb. Ex vaticiniis. Gen. 18, 18. Ier. 4, 2.

ccc. Ex expressa mentione salutis, quam hominibus impertiuit. Luc. 24, 50. Gal. 3, 8. 9.

ββ. Obiectum

aaa. Personale

ααα. Ex intentione Christi, omnes homines.

βββ. Actu, soli salutis ordinem ingressi.

bbb. Reale

ααα. Omnis salus expiatione parta. Eph. 1, 3.

βββ. Spiritus diuini in primis operationes salutares. Gal. 3, 14.

γγ. Forma. Consistit non solum in adprecatione verbis facta; sed efficacissima felicitatis huius oblatione, et, quoad per ipsos homines fieri potest, collatione.

3) OFFICIVM REGIVM, cuius

α. *Typi* fuerunt antiqui vates et sacerdotes, magistratus et reges, potissimum *Melchisedec*, *Dauid* et *Salomo*.

β. *Antitypus* Iesus fuit; quod probatur

aa. Ex necessitate illius regni ad obtinendum finem, cui destinatus fuit.

bb. Ex diuinis oraculis

αα. Ipsum praegressis. Ier. 30, 9. Ps. 2, 6. 7.

ββ. Eumdem sequentibus. Matth. 10, 7. Luc. 1, 32. 33. Matth. 3, 2. c. 13, 24. Ioh. 18, 36. 37.

γ. *Subiectum* huius imperii est Iesus, qui illud

aa. Exercet

αα. Iure diuini dominii in res omnes necessarii.

ββ. Iure foederis aeterni.

bb. Manifestat

αα. Ante suum aduentum in orbem;

ββ. Post aduentum;

γγ. Euidentius secundo aduentu, seu reditu in terras.

δ. *Obiectum reale.* Complectitur hoc regnum omnes seruatoris operationes, quibus salutis partae per expiationem, atque doctrina sua propositae adplicationem procurat.

ε. *Par-*

ε. *Partitio* huius regni. Diuiditur
aa. In *duo* regna: *vniuerſale* et *particulare.*
bb. In *tria*, quo pertinet
αα. Regnum naturae ſeu potentiae, cuius
aaa. Subiectum eſt Chriſtus
ααα. Per neceſſariam rerum omnium a DEO dependentiam.
βββ. Per neceſſitatem huius imperii ad reliquam ſalutis hominum inſtaurationem. Matt 28 v 18.
bbb. Obiectum ſunt res creatae vniuerſae, ſpiritus maxime, et homines ad vnum omnes.
ccc. Indoles. Comprehendit
ααα. Gubernationem vniverſi ad ſalutem hominum.
βββ. Curam ſingulorum arctioris imperii ciuium ſalutarem. Röm 8 C 14.
γγγ. Miniſterii angelorum ad commoda eorumdem promouenda ordinationem.
ββ. Regnum gratiae, cuius
aaa. Obiectum
ααα. Latius ſunt omnes Chriſti imperium profeſſi.
βββ. Stri-

βββ. *Strictius* et proprie sunt vera tantum ciuitatis sanctioris membra, quae ipsamet regii nominis honorisque dignitate condecorantur. Petri 2

bbb. *Indoles*, quo pertinet,

ααα. Vt satana deuicto sanctiorem ciuitatem tueatur, eiusque felicitatem procuret

(a) Legibus sapientissime latis;

(b) Mediis adplicandae saluti ordinatis.

βββ. Vt singulos eiusdem ciues ex hostium potestate vindicatos gubernet, fortunet, defendat, et ad beatorum religionem euocet.

γγγ. *Regnum gloriae*, cuius

aaa. *Obiectum* sunt regni gratiae ciues, qui in coniunctione cum Christo diem suum obierunt.

bbb. *Indoles*. Consistit in eo,

ααα. Vt ipsorum animas quiete et felicitate adficiat exoptatissima.

βββ. Vt reditu suo ad iudicium eosdem corporibus restitutos suaque sententia liberos declaratos ad aeternam DEI fruitionem euehat.

Joh 10 Wzr.

Weil es in der Offenbahrung der gedoppelten Gerichtskrafte gegründet 1 der ihm als Vahnkrafte zu kommt 2 welche ihm als Mittler zu kommt.
2 Weil in einer Verherlingung des Glaubigen selbst beschehet
3 Weil es zu Verherlingung Gottes gereichet wird

humilis. nos
humilis educatio

Entäusserung
& in abdicatione usus plenarii ma-
gestatis divinae humanae naturae competentis
sed in assumtione formae servilis

κενουν. id. est quod non uti.
abdicatio.

Die Menschlichen Natur
selbst aus seinen erneuern
gewesen.

CAPVT III.

DE DVPLICI CHRISTI STATV.

I. NEXVS. Ad obeunda haec officia duplici conditione Christo opus fuit.

II. SEDES. Phil. 2, 6-11. 2 Cor. 8, 9. Hebr. 8, 1.

III. EXPLICATIO HVIVS CAPITIS.

1. STATVS EXINANITIONIS.

a. *Indoles.* Absoluitur duabus partibus:

α. Vt perpetuo vsu diuinarum perfectionum et dignitatis cum humana ipsius natura communicatarum se abdicaverit.

β. Vt infirmitates, obligationem, reatum et poenas hominum subierit.

b. *Caussae*

α. *Efficiens:*

aa. DEVS, prima potissimum persona;

bb. Ipse Christus.

β. *Finalis.*

aa. *Finis intermedius* fuit

αα. Expiatio peccatorum

ββ. Sanatio morborum nostrorum.

γγ. Excitatio hominum ad bene sperandum de seruatore.

bb. *Finis vltimus* est gloria DEI.

c. *Gradus* huius status quinque:

α. Humilis nascendi sors.

β. Humilis eius educatio.

γ. Vexationes, quibus per vltimos vitae annos, et ſub eiusdem in primis exitu excruciatus fuit; quo referendae ſunt

aa. Praeparatoriae calamitates, omni vitae publice actae tempore toleratae.

bb. Grauiores ſubſequutae in vltimo vitae actu, quae fuerunt

αα. Externae.

ββ. Internae.

δ. Ipſa mors violenta.

ε. Sepultura exuuiarum.

2. STATVS EXALTATIONIS.

a. *Homonymia.* Exaltatio ſignificat

α. Ipſam incarnationem, eamque conſequutam communicationem gloriae diuinae cum humana natura.

β. Illuſtriorem Chriſti conditionem, quae humiliorem praegreſſam excepit. Phil. 2, 9.

γ. Celebrationem ab hominibus.

δ. Supplicium Chriſti in crucem acti.

b. *Indoles.* Abſoluitur duabus partibus:

α. Vt Chriſtus expiatione hominum defunctus ipſorum infirmitates et obligationem depoſuerit.

β. Vt plenum et perpetuum diuinarum perfectionum dignitatisque vſum ſuſceperit, olim magis magisque manifeſtandum.

c. *Cauſſae*

c. *Cauſſae* huius ſtatus

α. *Efficiens*, eſt DEVS, et quaelibet in DEO perſona.

β. *Finalis.*

aa. *Finis intermedius*,

αα. Quod *ad Chriſtum*, conſiſtit in eo, vt dignitatem obtineret.

ββ. Quod *ad homines*,

aaa. Vt ſalutis ipſorum reſtitutionem continuaret et perficeret.

bbb. Vt ipſorum nomine locum felicitatis futurae capeſſeret, ipſisque aditum et ius conſequendi illius gloriae aliquam partem pararet.

bb. *Finis vltimus* eſt DEI illuſtrior manifeſtatio.

d. *Gradus* huius ſtatus quinque:

α. Deſcenſus ad inferos, qui Theologos in duas diſtinguit partes:

aa. Plerique referunt illum ad gloriam Chriſti, et collocant in locali inferorum viſitatione, inducti

αα. Locis 1 Petr. 3, 18. 19. Eph. 4, 9. 10. Actor. 2, 27. 31.

ββ. Symboli apoſtolici verbis ad litteram intellectis.

bb. Alii hanc loquutionem explicant

αα. De ipſa humili conditione, in quam Chriſtus ſe ſponte demiſit.

ββ. De ſepulcro, inferorum loco et ſtatu, in quem Chriſtus deſcendit.

β. Restitutio Christi in vitam.

γ. Adscensio in caelum significatu stricto.

δ. Sessio Christi ad dextram DEI.

ε. Omnis futura illustrior declaratio gloriae Christi.

ARTICVLVS VII.

DE SPIRITV SANCTO.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. SEDES. Ioh. 14, 16. 17. c. 15, 26.

IV. EXPLICATIO IPSA HVIVS DOCTRINAE.

1. DE PERSONA SPIRITVS SANCTI.

a. *Diuinitas* ipsius demonstratur

α. Ex *nominibus* diuinis. Actor. 5, 3. 4. Luc. 1, 68. 70. coll. 2 Petr. 1, 21. 1 Petr. 1, 11. Quo referas denominationes Spiritus DEI, Iehouae a filio distincti, a filio et patre ipsius filii.

β. Ex *attributis* diuinis. Ps. 139, 7-12. 1 Cor. 2, 10. 11. Ioh. 14, 17. Ies. 40, 13. 14.

γ. Ex *operibus* DEO propriis. Ps. 33, 6. Matth. 1, 20. c. 12, 18. 28. 2 Petr. 1, 21. Ioh. 3, 5. Actor. 13, 2.

δ. Ex

δ. Ex *cultu* diuino. Ieſ. 6, 3. 9. coll. Actor. 28. 25. 26. Apoc. 1, 4. 2 Cor. 13, 13. Matth. 12, 21.

b. *Perſonalitas* illius, quo pertinent

α. Notae perſonarum, quae ſunt

aa. Si plures vt per ſe ſubſiſtentes ſibimet inuicem adponuntur;

bb. Tamquam diſtincti numerantur;

cc. Singulis actiones ſuppoſitorum intelligentium tribuuntur.

β. Haec omnia in Spiritum ſanctum cadere, probant Matth. 28, 19. 1 Ioh. 5, 7. 2 Petr. 1, 21. Actor. 20, 28. Tit. 3, 5.

c. *Character hypoſtaticus*, conſiſtit in proceſſione et miſſione ab vtraque diuina perſona a ſe diſtincta. (vid. Part. I. Art. I. pag. 31 ſeq.)

2. DE OFFICIO EIVSDEM, cuius

a. *Indoles*. Complectitur omnem procurationem adplicandae hominibus ſalutis per Chriſtum partae, quod *ſanctificatio* etiam vocatur.

b. *Partitio*. Duplici ratione conſideratur:

α. Si ad *omnes* in vniuerſum homines refertur, diuinamque inter eos ciuitatem.

β. Si ad *ſingulos* homines refertur, internamque illius intra animos eorumdem adminiſtrationem, quod pro diuerſitate obiectorum perſonalium eſt

1) ET ANORTHOTICO ELENCTICVM, quod conſiſtit in omnibus Spiritus ſancti

sancti operationibus ad conuincendos homines de reatu peccatorum ordini salutis contrariorum comparatis.

aa. *Obiectum*

αα. *Personale.* Pertinet ad homines a DEO alienatos, non penitus tamen exclusis Christi civibus.

ββ. *Reale*, sunt

aaa. Peccata omnia.

bbb. Contemtus Christi, et adsensus ipsius doctrinae denegatus.

bb. *Forma.* Consistit in procuranda agnitione viua et indignabunda horum peccatorum variis modis adminiculisque excitanda et provehenda. Ioh. 14, 26. c. 16, 8.

2) DIDASCALICVM absoluitur operationibus Spiritus sancti ad homines de salutis ordine instituendos et convincendos directis.

aa. *Obiectum*

αα. *Personale*

aaa. *Remotius* sunt omnes a DEO auersi homines.

bbb. *Propius* et adaequate Christi ciues.

ββ. *Reale* sunt doctrinae, quae fundamentum et ordinem salutis constituunt.

bb. *Mo-*

3) [illegible]

4) [illegible]

bb. *Modus* consistit in producenda illarum cognitione et conuictione ad animum versus DEVM flectendum sufficiente. Ioh. 16, 13. 14. Rom. 8, 14. c. 8, 26.

3) PAEDEVTICVM comprehendit Spiritus sancti operationes, quibus actiones hominum legitimae diriguntur.

aa. Obiectum

aaa. Proprie sunt soli Christi ciues. Rom. VIII. v. XIV.

bbb. Improprie et remotius ipsi eiusdem hostes.

ββ. Reale sunt officia hominum ad vnum omnia, et modus conuenientissimus peragendi eadem.

bb. Forma eo redit, vt homines de illis commonefaciat, stimulos admoueat, atque consilia et vires implendi officia abunde sufficiat. Rom. 8, 14. coll. Phil. 2, 13. Rom. 8, 26.

4) PARACLETICVM continet Spiritus sancti operationes, quibus homines ad certissimam felicitatis spem contra sensum calamitatum erigit.

aa. Obiectum

aa. Personale sunt Christi ciues, non tamen omnino exclusis reliquis a Christo alienis.

ββ. Reale sunt

DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI. Vid. infra in *Anthrop. sacra.*

PARS POSTERIOR.

De Anthropologia sacra

seu

Theologia latius sumta.

ARTICVLVS I.

DE IMAGINE DEI.

Vbi occurrunt

A. *PROLEGOMENA.*

I. NEXVS.

II. DEFINITIO anthropologiae sacrae, est doctrina de homine ad DEVM relato, quae simul complectitur ordinem salutis.

III. ~~PARTITIO~~ eiusdem. Considerat statum hominis quadruplicem:

Die Lehre von den Menschen von ἀντρωποσιν ὁ λογος.

Vorerinnerungen, die anstatt der Vorrede ist.

III) Imaginem rei proprie vocamus quia lineamenta et formam eius ita describit, vt qualis illa sit fueritve ex ea possimus cognoscere.

Genesios 9 commate 6. homo etiam post lapsum imaginem Dei referre dicitur quoniam supersunt aliqua in illo ex quibus qualis Deus sit cognosci potest.

Strictius) Quae significatio huius loci est

1. *Originis* et innocentiae, seu institutionis.
2. *Peccati* et corruptionis, seu destitutionis.
3. *Gratiae* et salutis inchoatae, seu restitutionis.
4. *Gloriae* et salutis consummatae, seu constitutionis.

B. *TRACTATIO IPSA* de imagine DEI, vbi

I. NEXVS. Omnium primus hominum status, originis et innocentiae dictus, comprehendit doctrinam de imagine DEI. Genes. 9. v. vl.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. HOMONYMIA. Imago diuina significat

1. *Latissime* similitudinem DEI in rebus creatis omnibus in primis ratione praeditis obuiam.
2. *Strictius* conuenientiam quarumdam hominis perfectionum in praesenti eius statu ipsi cum DEO communium.
3. *Strictissime* et adaequate peculiarem conformitatem qualitatum hominis cum perfectionibus diuinis, quales peccato amissus et gratia recuperamus. Coloss. 3. v. 10.
4. *Eminentius*, ipsum Christum. Coloss. 1. v. 15.

IV. FONTES, vnde cognitio huius doctrinae haurienda est, sunt

1. Historica narratio creationis hominum.
2. Scripturae loca, quae instauratam hominum felicitatem describunt, et legis di-

vinae postulata, qualem hominis conditionem esse oporteret, complectuntur.

3. Illa DEI oracula, quibus Christus summum imaginis diuinae inter homines exemplar repraesentatur.

V. SEDES. Gen. 1, 26. 27. Col. 3, 10. Eph. 4, 24.

VI. EXPLICATIO HVIVS DOCTRINAE.

1. CAVSSA EFFICIENS, DEVS. Gen. 1, 26. 27. c. 3, 22. et singulae eiusdem personae.

2. SVBIECTVM,

a. *Propius*

α. *Quod*, primi homines ambo.

β. *Quo*, omnes eorum partes essentiales et facultates. Gen. 1, 26. 1 Thess. 5, 23. Gen. 1, 27. c. 3, 21. coll. v. 3.

b. *Remotius.* Transmissuri fuissent primi parentes hanc perfectionem ad posteros; quod probatur

α. Ex Gen. 1, 27. 28.

β. Ex reliquiis imaginis diuinae et corruptione naturali, quae in sobolem transeunt.

3. CONDITIO illius. Consistit in similitudine hominis cum DEO, vt nonnullas perfectiones cum Numine communes habuerit, quo (si paullo latius sumitur imago diuina,) referuntur

a. Ea, quae ipsi fuerunt *naturalia* et *substantialia*

α. Ipsa

Pr. Animus praesertim eiusq. superiores facultates; cum Deus spiritus sit non exclusis tamen penitus reliquis eius facultatib. ad quas imaginis divinae vis quodammodo pertinuit.

Dep. In quib. esse poterat et debebat. Omnes in universum homines ex naturali procreatione.

Argumenta

Argumenta

Cum sine sapientia et rerum diuinarum scientia beatitas esse non posset nos etiam ad sapientiam et cognitionem Dei simus renouandi in quo imaginem Dei constitisse Paulus ad Col: 3. commat. 10 diserte affirmat eam in imagine Dei praecipuum quasi lineamentum oportet qui obiciunt primos parentes tam facile fuisse deceptos hi facultatem et usum non satis distinguunt.

Quae ad probandam sapientiam dicta sunt qualem etiam ad demonstrandam sapientitatem nisi quod pro Col. 3. 10 ad Eph: 4. 24 provocandum est

Erläuterung.

α. Ipsa partium hominum dispositio essentialis. Quo pertinet
aa. Anima rationalis, varia in primis triplici facultate praedita.
bb. Corpus sapientissime efformatum atque erectum.
cc. Coniunctio vtriusque partis arctissima. Gen. 2, 7.

β. Conuenientia qualitatum spiritualium cum diuinis perfectionibus, vbi
aa. *Scientia et sapientia intellectus*
Id quod efficitur
αα. Ex DEI perfectione.
ββ. Ex primi hominis actionibus sapientissimis.
γγ. Ex necessitate huius scientiae ad reliquam eiusdem felicitatem.
δδ. Ex instauratae imaginis diuinae indole.
εε. Ex Christi natura humana perquam sapiente.
ζζ. Ex Col. 3, 10.
bb. *Sanctitas et iustitia voluntatis.*
Quod demonstratur
αα. Ex sanctitate DEI.
ββ. Ex narratione Mosis de indole et actionibus protoplastorum. Gen. 2, 19-24.
γγ. Ex instauratione huius sanctitatis in imaginis diuinae restitutione.

δδ. Ex

δδ. Ex naturae Christi humanae sanctissima conditione.

εε. Ex Cohel. 7,30. Gen. 6, 7. coll. v. 3. Eph. 4, 24.

cc. *Integerrima facultatum inferiorum constitutio.* Quod probatur

aaa. Ex Gen. 2, 25. c. 3, 7. Cohel. 7, 30.

ββ. Ex instaurandae huius imaginis rationibus.

Corporis constitutio, quae comprehendit

aa. Immortalitatem, vt homo non mori potuisset; quae efficitur

aaa. Ex fine diuino in creando homine.

βββ. Ex abstentia rationis sufficientis ad mortem.

γγγ. Ex Gen. 2, 17. c. 3, 3. Rom. 5, 12.

bb. Excellentiam et splendorem exterium, qui probabilis est

aaa. Ex quibusdam extraordinariis exemplis. Exod. 34, 30. Actor. 6, 15.

ββ. Ex futura corporum in hominibus imagini diuinae restitutis conditione. Phil. 3, 21.

b. Dominium in orbem terrarum et bruta in primis, quod demonstratur

aa. Ex fine creationis hominum divino.

bb. Ex Gen. 1, 26. 28. 30. c. 2, 19. 20.

B B 9/13

B B

cc/ Vt sensus phantasia et cupiditates praesertim rationi non dominarentur sed parerent: quoniam alioqui homo nec sapiens nec ~~sanctus~~ esset, nec in ea perturbatione atq; dissentione Deo in quo omnia perfectissime conspirant & similis esse potuit.

Corpus non nisi remotissime imaginis Dei subiectum est

hoc est vinculum animi et corporis non ita dissolueretur, vt nunc.

B

Quod ex eius sapientia sequitur

6) Supernaturalia bona dici possunt quae ex natura imaginis Dei non possunt proxime intelligi quo tertium et quartum momentum potius referendum est quam duo priora.

8) Qua cum ante lapsum usum fuisse post excidisse constat. Gen. c. 2 et 3.

Fundamentalis antecedens sc. est Ut qui de hac doctrina recte non statuunt de multis aliis recte statuere non possunt.

I Lapsus est peccatum atro quo amicitia Dei excidimus

Obstacula.

cc. Ex reliquiis huius dominii post lapsum.

dd. Ex Christi dominio in res creatas ratione destituras cum ciuibus suis communicato. Marc. 1, 3. Act. 28, 5.

2. Iucundissima commoratio hominum in loco longe amoenissimo. Gen. 2, 8-15. c. 3, 23. 24.

b. Dona *supernaturalia*, quorsum pertinet

α. Conscientia et sensatio diuini fauoris.

β. Operatio et directio peculiaris inhabitantis DEI.

γ. Familiarior et perpetua conuersatio DEI praesentissimi.

δ. Iucundissima angelorum consuetudo.

4. FINIS huius imaginis diuinae

a. *Vltimus*, gloria DEI.

b. *Intermedius*, hominum felicitas.

ARTICVLVS II.

DE LAPSV ET PECCATO.

I. NEXVS.

II. INDOLES DOCTRINAE. Est pura et fundamentalis.

III. SEDES in quatuor ordines abeunt:

1. De *lapsu* primorum parentum. Gen. 3. Rom. 5, 12. 19.

2. De *natura peccati*. Rom. 4, 15. 1 Ioh. 3, 4. Rom. 6, 23.

3. De *peccato originali*. Gen. 6, 5. c. 8, 21. Ps. 51, 7. Eph. 2, 3. De

4. De peccatis actualibus. Iac. 1, 14. 15. c. 4, 17.

IV. EXPLICATIO IPSA HVIVS DOCTRINAE.

ORIGO PECCATI, ex lapsu primorum parentum repetenda, cuius

a. Caussa,

a. Negatiue, non est DEVS

aa. Propter infinitam sanctitatem et reliquas perfectiones. Ps. 5, 5 – 7. Iac. 1, 13-17.

bb. Ob ea, quae peregit et ante lapsum et post eumdem.

β. Positiue,

aa. Caussa *externa* lapsus Satanas fuit. Ioh. 8, 44. Apoc. 12, 9. 10.

bb. *Interna* et proxima abusus liberi arbitrii hominis erroneis repraesentationibus determinati.

b. *Effectus* fuerunt

α. *Ex parte primorum hominum.*

aa. Poena mortis.

bb. Malum peculiare triplex. Gen. 3, 16. 17.

β. *Ex parte posterorum* est duplex huius transgressionis communio

aa. Per propagationem naturalem.

bb. Per imputationem in nexu morali generis humani cum Adamo tamquam capite fœderali fundata, quod comprobatur

αα. Ex Hos. 6, 7. Gen. 1, 28. c. 2, 24.

ββ. Ex indole plerarumque legum diuina-

De Lapsu et Peccato. de lapsu 78.

meine

frey willen

Scientia et iustitia bonitate. meine Bruder.

Cum lapsum omni ratione impedire studuerit, eum punierit et malis ex eo orientibus occurrat.

Serpente tamquam causae instrumentali usus, de quo accurate egit Joh: Tr: Cotta, in notis ad Tom. IV loc: Theol: Joh Gerhardi pag 295 et sequ: 15 serpentem naturalem fuisse dubitat; existimat autem serpentem infernalem adhibito corpore parastatico, serpenti allato, quem Seruph vocant, simili fraudem omnem texuisse et peregisse.

a a) Per quam labes illa et pravitas naturalis, ad omnes homines qui naturali modo procreantur manat et transmittitur. Eph 2 v 3 Joh. 3 v 6 Röm 5 v 10-11 et 17-18-19

2, In peccato universe considerando tria quaeruntur.
a, Origo
b, Natura
c, Effectus.

a, Ad peratio est insignis pravitas et ad peccandum obstinatio peccatis multis atrocibus contracta. Cum in sacris litteris eius legitur aliquem indurasse id eodem modo intelligendum est quo vitiis indulgentes domini servos suos a se sua indulgentia corruptos esse dicunt.

diuinarum foederis instar, pro
mutatarum
b. conditione poenarum secun-
dariarum hominibus inflictarum.

dd. Ex Rom. 5, 12. 14-19.

γ. *Ex parte DEI*, salutis hominum re-
parandae procuratio, in eo posita,
aa. Vt immediate post lapsum pecca-
tum hominibus detegeretur.
bb. Vt instauratio salutis promitteretur.
cc. Vt poenae sapientissime temperatae
infligerentur.
dd. Vt cura conseruationis hominum
cultusque religiosi instituendi gere-
retur.
ee. Vt ipsis a maiori corruptione caue-
retur.

2. CAVSSAE PECCATI

a. *Negatiue:* DEVS non est caussa peccati.
Ps. 5, 5.
α. *Obiectio* de *induratione* in sacris litteris
DEO tributa.
β. *Remotio obiectionis.* DEVS circa in-
durationem ita occupatur, vt
aa. Neque antecedente praeparatio-
ne eam immittat;
bb. Neque vlla ratione producat;
cc. Neque otiosus in ea re versetur; sed
dd. Consequente iudicio eamdem per-
mittendam esse decernat;
ee. Finibus suis conuenientissime diri-
gat.

b. Po-

b. *Positiue*,

α. *Agens*, ipse homo, omnibus, quibus pollet, facultatibus leges diuinas migrans.

β. *Mouens et impellens*

aa. Interna, eiusdem corruptio.

bb. Externa,

α. Scandala aliorum, quae sunt

1) Accepta.

2) Data.

ββ. Satanas.

3. PRINCIPIVM DIIVDICANDI PECCATVM est *lex*, cuius

a. *Definitio*, consistit in norma actionum liberarum obligante seu voluntate imperantis significata.

b. *Obiectum*.

α. Omnes in vniuersum actiones liberae.

β. Inde oriundae qualitates et conditiones.

1. CAVSSA EFFICIENS seu AVCTOR, DEVS.
2. CAVSSAE MOVENTES sunt
a. Perfectiones diuinae.
b. Miseria hominum.
3. PVBLICATIO facta est
a. *Immediate*, per diuinam reuelationem.
α. *Externe*, variis adparitionibus et ipsa Christi praedicatione. Hebr. 1.
β. *Interne*, suggestione legatis DEI facta.

b. *Suc-*

b. *Successiue* diuersis gradibus hominum captui adcommodatis:
α. Promissionibus.
β. Earumdem impletarum significationibus.

4. OBIECTVM
a. *Personale*
α. *Ex diuina intentione* sunt omnes in vniuersum homines.
β. *Ratione effectus et adplicationis* sunt soli, qui illud fide amplectuntur.
b. *Reale*, est diuinum consilium de seruandis hominibus per Christum; quorsum pertinet
α. *Fundamentum* illius
aa. *Internum*, gratia DEI.
bb. *Externum*, Christi meritum.
β. *Ipsa felicitas* inde deriuata
aa. *Praesens*, iustificatio et sanctificatio.
bb. *Futura.*
γ. *Ordo* eiusdem consequendae vna cum *mediis.*

5. FORMA consistit
a. In *significatione* huius salutis cum *oblatione* eiusdem coniuncta.
b. In ipsa illius *collatione.*

6. FINIS
a. *Vltimus*, gloria DEI.
b. *Intermedius*, felicitas hominum.

7. RE-

7. RELATIO AD LEGEM.

a. *Conuenientia cum lege.* Consistit in eo, vt

α. *Eumdem auctorem;*

β. *Idem obiectum personale;*

γ. *Eamdem formam* et operationem communem habeant;

δ. Ad *eumdem finem* ordinata sint.

b. *Differentia a lege* absoluitur

α. *Publicatione;*

β. *Argumento;*

γ. *Promissionibus;*

δ. *Effectu;*

ε. *Adplicatione;*

ζ. *Duratione.*

8. DISPENSATIO DIVERSA LEGIS ET EVANGELII. Duplex foedus sanciuit DEVS cum hominibus.

a. *Foedus operum*, quod pertinet ad primam eorumdem conditionem.

b. *Foedus gratiae*, ob peccati corruptionem insequutam necessarium, cuius

α. *Fundamentum internum*

aa. Perfectiones DEI.

bb. Foedus aeternum DEI patris cum filio initum. Hebr. 7,24. Luc. 22,29.

β. *Natura* eius mixta est ad indolem

aa. Pactorum; 2 Cor. 6,17. 18.

bb. Testamentorum.

γ. *Dispen-*

γ. *Dispensatio*
aa. *Duplex* est
αα. *Ante* Christi aduentum;
ββ. *Post* eumdem.
bb. *Diuersa* est
αα. Ratione *publicationis*;
ββ. Ratione *obiecti personalis*;
γγ. Ratione *bonorum et ordinis salutis.*

ARTICVLVS XII.

DE CLAVIBVS CAELORVM.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina mixta et minus fundamentalis.

III. DENOMINATIO.

1. *Sensu scripturae* significat ius et facultatem apostolis concessam declarandi aliquid licitum et illicitum, seu obligandi hominum conscientias liberandique ab obligatione praegressa.
2. *Sensu ecclesiastico* denotat potestatem
   a. *Remittendi* peccata ministerio suo seu recipiendi hominem a societate ecclesiae exclusum in eamdem.
   b. *Conseruandi* reatum peccatorum, seu excludendi hominem a societate ecclesiae.

IV. SEDES. Matth. 16, 19. c. 18, 18.

V. EX-

V. EXPLICATIO HVIVS DOCTRINAE.

1. CAVSSAE
   a. *Efficiens.*
      α. DEVS.
      β. Eccleſia.
   b. *Miniſterialis.*
      α. Conuenit haec poteſtas omnibus eccleſiae membris.
      β. Adminiſtratur
         aa. Ab eccleſiae doctoribus.
         bb. Non excluſis reliquis membris et magiſtratu.
2. INDOLES.
   a. *Poteſtas ligandi*, conſiſtit
      α. *Senſu latiore*, in declaratione reatus peccatorum moroſis et voluntariis peccatoribus facta.
      β. *Senſu ſtrictiore*, in excluſione ſcandaloſi et indubie pertinacis peccatoris
         aa. Ab vſu ſacramentorum.
         bb. Ab omni ſocietate ſacra, quae *excommunicatio* dicitur. 1 Cor. 5, 13.
   b. *Poteſtas ſoluendi*, abſoluitur
      α. *Senſu latiore*, declaratione remiſſionis peccatorum, hominibus ſalutis ordinem ingreſſis facta.
      β. *Senſu ſtrictiore*, ſollemni peccatorum emendatorum in eccleſiae communionem receptione. 2 Cor. 2, 6. 7.

3. OBIECTVM PERSONALE
   a. *Potestatis ligandi*
      α. *Sensu latiore*, sunt omnes impii et voluntarii peccatores.
      ϐ. *Sensu strictiore*, sunt membra ecclesiae scandalose peccantia et emendationem renuentia.
   b. *Potestatis soluendi*
      α. *Latius sumtae*, sunt homines salutis ordinem ingressi.
      ϐ. *Strictius acceptae*, sunt excluſi ab ecclesia, publico dolore et enixissimo studio reparandi damnum scandalo illatum emendationem reliquis membris adprobantes.

4. FINIS
   a. *Potestatis ligandi*
      α. *Relatus ad ipsos excluſos*, est emendatio eorumdem promouenda.
      ϐ. *Relatus ad alios*, consistit in eo,
         aa. Vt pericula ex scandalo extimescenda impediantur.
         bb. Vt reliquis membris de fugienda omni parte consensus aliorumque calumnia prospiciatur.
   b. *Potestatis soluendi*
      α. *Relatus ad receptos* est
         aa. Erectio animi.
         bb. Conuictio de venia impetrata.
      ϐ. *Relatus ad alios* est inuitatio eorumdem ad salutis ordinem.

5. EFFECTVS
a. *Internus*
α. *Proximus* est, vt iudicium per homines legitime latum a DEO ratum habeatur. *fiat.*
ε. *Remotior*, vt emendatio illorum, erga quos exercetur, promoueatur.
b. *Externus*, vt puritati ecclesiae prospiciatur.
6. CONSECTARIA quaedam, quo pertinet,
a. Vt potestas soluendi in proteruis peccatoribus per summum nefas exerceatur.
b. Vt instauratione et emendatione disciplinae ecclesiasticae indigeamus.
c. Vt, quidquid illius supereſt, sancte et religiose administrari debeat.

ARTICVLVS XIII.

DE BAPTISMO.

A. *INTRODVCTIO AD HANC DOCTRINAM.*

I. DE SACRAMENTIS IN GENERE.

1. DENOMINATIO. Sacramentum denotat
a. *Apud scriptores profanos*
α. Id, quo aliquid consecratur.
ε. Pecuniam a litigantibus apud pontificem in loco sacro depositam.
γ. Sollemne iuramentum, in primis militare.

b. *Apud*

b. *Apud auctores sacros* ex quibus

α. *Latissime*, quamuis rem sacram.

β. *Late*, quaeuis rerum diuinarum signa et similitudines.

γ. *Strictius* et *adaequate*, actiones diuinitus institutas ad gratiam DEI nobis exhibendam, nosque DEO religiose obligandos.

2. DEFINITIO. Sacramenta sunt actiones a DEO mandatae, quibus per externa signa interna gratia offertur.

3. FINIS.

a. *Primarius* est exhibitio et obsignatio gratiae diuinae.

b. *Secundarii*, vt inseruiant

α. Signis ecclesiae.

β. Recordationi beneficiorum diuinorum.

γ. Obligationi hominum erga DEVM.

δ. Ecclesiae membris arctius inter se coniungendis.

II. DE SACRAMENTIS VETERIS TESTAMENTI IN SPECIE.

1. NVMERVS eorum. Fuerunt duo:

a. *Circumcisio*. Gen. 17.

b. *Agnus paschalis*. Exod. 12.

2. ADVMBRATIO eorum.

a. Circumcisio adumbrauit *baptismum*. Col. II. 12.

b. Agnus paschalis adumbrauit *sacram coenam*. 1 Cor. 5.

3. ABROGATIO eorum. Sacramentis noui testamenti sibi suffectis locum fecerunt. Gal. 3. 6. 1 Cor.

B. *DOCTRINA IPSA DE BAPTISMO seu sacramento initiationis.*

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. DENOMINATIO. Denotat baptismus

1. *Proprie sumtus*,
   a. *Latius* lotionem quamuis, factam
      α. Adspergendo;
      β. Immergendo aquae.
   b. *Strictius*, sacram actionem aqua instrandi
      α. *Typicam*, Israelitis praeceptam.
      β. *Antitypicam*, sub Christi aduentum institutam.
2. *Improprie* indicat
   a. *Per metaphoram*, largiorem collationem rei effusissimae, in primis Spiritus sancti et calamitatum.
   b. *Per metonymiam*, institutionem doctrinarum.

IV. SEDES. Matth. 28, 18-20. 1 Petr. 3, 21. Tit. 3, 5. 6.

V. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

1. CAVSSAE
   a. *Efficiens* seu *auctor*, ipse DEVS.
   b. *Ministerialis*.
      α. *Ordinarie*, sunt publici ecclesiae doctores. 1 Cor. 4, 1.
      β. *Extraordinarie*, quiuis Christiani, ne exceptis quidem feminis.

ADIE-

2. OBIECTVM

a. *Personale*

α. Omnes homines.

β. Infantes,

aa. Ob institutionem illius vniuersalem.

bb. Ob naturam baptismi ac finis illius.

cc. Ob successionem baptismi in locum circumcisionis.

dd. Ob praxin apostolorum et primorum Christianorum.

b. *Reale*, seu *materia*

α. *Externa*, aqua

β. *Interna*, gratia DEI. Tit. 3, 5.

3. FORMA

a. *Externa*, quae ipso actu diuinitus mandato peragitur, comprehendit

α. Necessariam actionem tingendi aqua initiandum hoc sacramento.

β. Accessorios aliquot actus

aa. Maioris momenti, quo pertinet

αα. Sollemnis stipulatio foederis cum DEO ineundi.

ββ. Testium baptismalium sponsio publica.

γγ. Nominis impositio.

bb. Minoris momenti,

αα. Exorcismus.

ββ. Crucis notatio.

γγ. Indusiorum alborum vsus.

b. *Interna* est coniunctio vtriusque rei externae et internae verbo DEI effecta.

α. Consistit in eo, vt mutuo sibi adsint

et coexistant atque ad eumdem finem coordinentur.

β. Probatur

aa. Ex fine baptismi.

bb. Ex 1 Cor. 6, 11. Ioh. 3, 5. Rom. 3, 25.

4. VNITAS baptismi. Non iterari potest legitime

a. Ob immutabilem gratiae diuinae perpetuitatem.

b. Ob poenitentiam lapsis mandatam.

5. FINIS

a. *Princeps*

α. Gloria DEI.

β. Hominum salus.

b. *Secundarius*

α. Sollemnis receptio baptizandorum in Christi ciuitatem.

β. Receptio in societatem cum omnibus illius membris.

6. SIGNIFICATIO MYSTICA baptismi.

a. *Aquarum immersio* significat

α. *In ipso Christo*

aa. Rationem salutis hominibus partae.

bb. Rationem regni ipsius amplificati.

β. *In baptizatis*

aa. Indolem emendationis ipsorum.

bb. Destinationem eorumdem ad calamitates.

cc. Consummationem futuram.

b. *Vestium mutatio* denotat

α. Pristinum animi habitum depositum.

β. Christi indolem et spiritum in eius locum suffectum.

7. EF-

7. EFFECTVS est foedus cum DEO initum, quod
   a. Probatur
      α. Ipsa gratiae diuinae illo adplicatae natura.
      β. Circumcisionis analogia.
   b. Consistit in mutua promissorum acceptatione, quae
      α. Continuanda semper est.
      β. Instauranda vero conuersione, facta separatione a DEO per peccatum.

ARTICVLVS XIIII.

DE SACRA COENA
seu
Sacramento confirmationis.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. DENOMINATIONES
   1. *Biblicae*
      a. *Certae* et *explicitae*, coena Domini, mensa Domini, communio, eucharistia, synaxis.
      b. *Incertiores*, nouum testamentum, fractio panis, agapae.
   2. *Ecclesiasticae*, liturgia, mysterium, sacrificium, sacramentum altaris, missa.

IV. SEDES. Matth. 26, 26-28. 1 Cor. 10, 15-17.

V. EXPLICATIO HVIVS DOCTRINAE.
   1. CAVSSAE
      a. *Efficiens.*

α. *Immediate*, Christus.

ε. *Mediate*, ipse DEVS et singulae divinae personae.

b. *Ministerialis* sunt soli doctores ecclesiae.

c. *Materialis*. Materia

α. Duplex est:

αα. *Res externa*, elementorum terrestrium seu spectrum visibilium.

ααα. Panis.

εεε. Vinum.

bb. *Res caelestis* et inuisibilis

ααα. Corpus Christi cum pane coniunctum.

εεε. Sanguis eiusdem cum vino coniunctus.

ε. Ratio huius cibi potusque generis.

aa. Quod parabile est vbiuis locorum.

bb. Quod commodum est repraesentando

ααα. Effectui huius sacramenti;

εεε. Ipsi rei caelesti.

d. *Formalis*. Forma est

α. *Externa*, quae consistit in actionum peculiarium ad peragendum hoc sacramentum necessariarum complexu. Quo referenda est

aa. Consecratio elementorum externorum diuino verbo facienda.

bb. Distributio eorumdem.

cc. Acceptatio illorum.

ε. *Interna*, quam constituit rei externae cum caelesti communio per hanc actionem, cuius

aa. Fun-

aa. *Fundamentum* sunt verba institutionis.

αα. Sensu proprio intelligenda.

ββ. In singulis sacramenti celebrationibus adhibenda.

bb. *Natura et indoles* consistit in mutua praesentia et relatione vtriusque huius rei ad eumdem finem ordinatae.

cc. *Demonstratio.*

αα. ~~Ex ipso hoc fine.~~

ββ. Ex 1 Cor. 10, 16. c. 11, 22. 26. ~~1 Ioh. 5, 6. 8.~~

dd. *Consequens* est manducatio ipsa rei caelestis, quae

αα. Non est naturalis.

ββ. Vera tamen.

2. OBIECTVM PERSONALE.

a. *Ex intentione DEI.*

α. *Remotius*, omnes homines.

β. *Propius*, Christi ciues.

b. *Actu* legitime vtuntur eo soli ordinem salutis ingressi, et requisita necessaria obseruantes, quae consistunt in eo,

α. Vt re externa vescantur.

β. Vt Christo adhaereant.

γ. Vt semetipsos rite explorent.

δ. Vt mortem Christi adnuntient.

3. FINIS

a. Duplex est.

α. *Vltimus*, gloria diuina.

β. *Intermedius* consistit in eo,

aa. Vt memoria cruentae expiationis nostrae recolatur. Matth. 26, 26-28.

bb. Vt

bb. Vt venia peccatorum parta adplicetur et confirmetur. Matth. 26, 26-28.

cc. Vt arctior cum Christo coniunctio continuetur et augeatur. 1 Cor. 10, 16.

dd. Vt vita spiritualis virium incrementa capiat. 1 Cor. 11, 26.

ee. Vt omnes Christi ciues magis coalescant. 1 Cor. 10, 16. 17.

ff. Vt erigantur ad spem laetissimam futurae felicitatis et reditus in vitam. Rom. 8, 31-35.

b. Consectarium est, vt frequentiore illius vsu opus sit. 1 Cor. 11, 25.

4. SIGNIFICATIO SYMBOLICA illius.

ARTICVLVS XV.

DE POENITENTIA ET CONVERSIONE.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et funcia-
mentalis.

III. NECESSITAS EIVS. vid. *Art. VI. de regeneratione* pag. 94.

IV. SEDES. Actor. 26, 18. c. 20, 21.

V. HOMONYMIA. Occurrit significatu

a. *Transitiuo* I. DEO tribuitur.

b. *Intransitiuo*, si *homini* adscribitur: vbi significat

a. *Initium* reditus ad DEVM, seu primam mentis emendationem.

b. *Continuationem* eiusdem.

VI. SYNO-

VI. SYNONYMIA. Variis insignitur denominationibus.

VII. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

1. CAVSSA EFFICIENS.

a. *DEVS*, et singulae quidem diuinae personae.

b. Interdum et *homini* tribuitur.

2. MEDIA

a. *Ordinaria*

α. *Verbum DEI* Luc. 16, 29-31.

aa. *Legis*, ad auersionem a peccato.

bb. *Euangelii*, ad reditum versus DEVM efficiendum.

β. *Sacramenta*, in primis baptismus.

b. *Extraordinaria* eadem sunt cum mediis ordinariis vocationis diuinae.

3. SVBIECTVM

a. *Quoad possibilitatem*, omnes homines.

β. *Actu* eam consequuntur soli et omnes vocationem operationesque diuinas admittentes. Apoc. 3, 20.

b. *Quo*. Totus homo, in primis omnes animae facultates, superiores maxime.

4. NATVRA eius. Consistit conuersio

a. *Remotiue*.

α. Non in externa morum mutatione,

β. Nec in quauis animi emendatione.

b. *Positiue*, in supernaturali et totali mentis mutatione, qua dominans versus DEVM propensio producitur. Quo pertinet

α. *Auersio a peccatis*, quae complectitur
aa. *Agnitionem* viuam malorum illis comprehensorum. Ier. 3, 13.
bb. *Dolorem* inde conceptum. 2 Cor. 7, 10.
cc. *Odium* eorundem efficax. Rom. 12, 9.
β. *Directio mentis erga DEVM*. Act. 26, 18.

5. FINIS conuersionis ordinatae et effectae
a. *Vltimus*, gloria DEI.
b. *Intermedius*, felicitas hominum.

6. CRITERIA eius eadem sunt, quae *regenerationis* fuerunt.

7. IMPEDIMENTA consistunt
a. In variis praeiudiciis.
b. In dominio prauarum cupiditatum.
c. In socordia inexcusabili et molestiarum fuga.

ARTICVLVS XVI.

DE FIDE.

I. NEXVS. Est altera pars conuersionis.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis, articulus primarius.

III. HOMONYMIA. Denotat fides
1. Conuictionem de veritate per testimonia. Iac. 2, 19.
2. Habitum vera loquendi. Rom. 3, 3.
3. Ipsas veritates sufficiente testimonio fultas. Rom. 1, 5.
4. Acceptationem diuinarum promissionum. Hebr. 10, 38. 39.
5. Facultatem miracula edendi. Matth. 17, 20.

IV. SE-

IV. SEDES. Hebr. 10, 38. 39. c. 11, 1. Marc. 16, 16.

V. IPSA HVIVS DOCTRINAE EXPLICATIO.

I. CAVSSAE

a. *Efficiens*, solus DEVS, et singulae quidem diuinae personae.

b. *Instrumentalis*. Media fidei sunt

α. *Propiora*

aa. *Verbum DEI*, in primis euangelii Rom. 10, 17.

bb. *Sacramenta*. Actor. 2, 38.

β. *Remotiora*

aa. Homines illa administrantes.

bb. Occasiones omnes externae exercendi fidem.

2. SVBIECTVM.

a. *Quoad possibilitatem*, omnes homines. Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. coll. c. 10, 16. Luc. 18, 15-17. c. 1, 15. 41. 44. Gen. 17, 7. Matth. 21, 16. Ps. 8, 3.

b. *Actu* ea gaudent omnes et soli ordinem salutis ingressi. Marc. 1, 15.

α. Quoad in illo animi habitu perdurant.

β. Vnde iterum excidere possunt.

3. FORMA. Consistit in dominante animi versus DEVM inclinatione ex bonorum ab ipso exspectatione; quae absolvitur

a. Viua DEI bonorumque ab ipso exspectandorum *cognitione*. Ioh. 6, 69.

b. *Adsensu* ex conuictione sufficiente orto et cum consensu, desiderio et conatu voluntatis coniuncto. 1 Ioh. 5, 6.

c. *Fidu*

c. *Fiducia* in DEO reposita, quae essentiam eius potissimum constituit. Hebr. 11, 1.

4. GRADVS.

a. Habet fides gradus per singulas partes suas.

b. Augmentum eorum perficitur iisdem mediis, quibus prima eiusdem accensio.

5. EFFICACIA, consistit in vi agendi perpetua, quae est

a. *Iustificans* ratione *fructuum passiuorum* quos fides organice suos facit et producit. Rom. 4, 23-25.

b. *Sanctificans* ratione *fructuum actiuorum* quos fides fert. Actor. 15, 9.

ARTICVLVS XVII.

DE BONIS OPERIBVS.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. HOMONYMIA. Est vox ambigua. Hoc loco

1. Vox *operum* obtinet significatum latiorem.

2. Vox *bonorum* significationem strictiorem.

IV. SYNONYMIA. Vocantur *bona opera*, *fructus spiritus*, *opera fidei*, *cultus DEI*, *verae virtutes*.

IV. SEDES. Eph. 2, 10. Tit. 3, 14.

V. IPSA HVIVS ARTICVLI EXPLICATIO.

1. CAVSSAE.

a. *Efficiens* est DEVS et singulae personae diuinae.

b. *In-*

b. *Instrumentalis.* Media sunt
α. *Propiora*
aa. Verbum DEI. 2 Tim. 3, 15. 16.
bb. Sacramenta. Rom. 6, 3. 4.
β. *Remotiora*, omnes conditiones et mutationes ad animum commouendum diuinitus adcommodatae. Phil. 3, 17.

2. SVBIECTVM. Sunt omnes ac soli regeniti. Ioh. 15, 5.

3. NATVRA eorum. Consistunt in actionibus propter DEVM perpetratis.
a. Fieri debent
α. Ex libera determinatione. Ps. 110, 5.
β. Ad normam diuinam. Matth. 15, 9.
γ. Ex amore erga DEVM. 1 Ioh. 5, 3.
b. Inde consequitur,
α. Vt coactae esse nequeant.
β. Vt non omnes regenitorum actiones eo pertineant.

4. DIVISIO eorumdem.
a. *Subiectiue*, ratione partium hominis sunt
α. *Interna*;
β. *Externa*, quae sine illis locum non habent.
b. *Obiectiue*, ratione rerum et personarum, in quas proxime diriguntur.

5. FINIS
a. *Vltimus*, gloria DEI.
b. *Intermedius*
Proximus
aa. Declaratio fidei.
bb. Incrementum felicitatis nostrae.
β. *Remotior* est accessio felicitatis internae et externae.

6. NE-

6. NECESSITAS eorum. Necessaria sunt

a. Ex parte DEI, propter mandatum.

b. Ex parte hominis, propter ordinem et fines promouendos.

7. EFFECTVS MORALES.

a. *Negatiue*, non habent mercedem meritoriam. Eph. 2, 8. 9.

b. *Positiue*, habent mercedem gratuitam coniunctam, Hebr. 11.

α. Naturalem vel arbitrariam;

β. Praesentem vel futuram.

ARTICVLVS XVIII.

DE CRVCE.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. SYNONYMIA. Vocatur crux, iugum Christi, mors Christi, calix Christi, angores, passiones, solicitudines, tentationes, castigationes, ignis exploratorius.

IV. SEDES. Matth. 16, 24. 2 Cor. 4, 17. 18.

V. IPSA HVIVS DOCTRINAE EXPLICATIO.

1. CAVSSA.

a. *Suprema* est DEVS. Thren. 3, 31. 32.

b. *Intermediae*

α. Satanas. Eph. 6, 12.

β. Coetus hominum a DEO alienorum. 1 Ioh. 3, 13.

γ. Ipsa in Christianis residua corruptio naturalis. 1 Petr. 2, 11.

2. SVBIECTVM. a. Soli

a. Soli et omnes regeniti. Hebr. 12, 6.
b. Reliqui male erga DEVM animati
α. Ad tempus felices sunt;
β. Sensu suo infelices esse iubentur.

3. GRADVS diuersi locum habent rationibus singulorum adcommodati.

4. NATVRA crucis. Consistit in calamitatibus propter DEVM toleratis.

5. DIVISIO harum calamitatum.
a. *Ratione malorum* toleratorum sunt
α. Communes.
β. Propriae
aa. Internae.
bb. Externae.
b. *Ratione finium*, ad quos proxime diriguntur,
α. Castigationes.
β. Explorationes.
γ. Confessiones.
c. *Mixtae.*

6. EMOLVMENTA crucis.
a. Peccata residua reuelantur et infirmantur. 1 Petr. 1, 6. 7.
b. Habitus legitime agendi conseruatur et augetur. Hebr. 12, 11.
c. Experientia spiritualis amplificatur. Rom. (5,)4.
d. Fiducia in DEO posita manifestatur, continuatur et augetur. Iob. 5, 19.
e. Animi tranquillitas promouetur. } 2 Cor.
f. Animus solatio diuino delectatur. } 1, 5.
g. Precum exercitium inflammatur. Ps. 50, 15.
h. Desiderium consummationis accenditur, continuatur et adaugetur. Phil. 1, 20. 21.

i. Ani-

i. Animus Christo conformatur. 2 Cor. 4, 10.
k. Gloria diuina procuratur. Ioh. 11, 4.
l. Remuneratio incrementa capit. 2 Cor. 4, 17. 18.

ARTICVLVS XIX.

DE PRECIBVS.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. SYNONYMIA. Variis denominationibus synecdochicis et metaphoricis insignitur.

IV. SEDES. Ioh. 16, 23. 24. Eph. 6, 18.

V. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

1. CAVSSA EFFICIENS est DEVS et singulae personae diuinae.

2. OBIECTVM PERSONALE.

a. Solus DEVS.

α. Ob expressa mandata.

β. Ob perfectiones ad preces audiendas necessarias.

b. Singulae personae diuinae. Ioh. 5, 23. Phil. 2, 10. 2 Cor. 13, 13. Apoc. 1, 4.

3. SVBIECTVM.

a. *Quod.*

α. *Quoad possibilitatem* et *obligationem*, sunt omnes homines. Ps. 50, 15.

β. *Quoad idoneitatem*, sunt soli et omnes regeniti. Ioh. 4, 24.

b. Quae

α. Superiores animae facultates.

β. Inferiores eiusdem.

γ. Ipsum

γ. Ipsum corpus
aa. Propter vtilitatem precum ore prolatarum.
bb. Propter exemplum Christi.

4. MATERIA, ARGVMENTVM seu OBIECTVM REALE.
a. *Quod.* Bona omnia: Matth. 7, 11.
α. *Cognoscenda* ex consideratione
aa. Conditionis nostrae, ad felicitatem aliorum in primis relatae.
bb. Diuinarum promissionum.
cc. Formularum precandi in sacris litteris obuiarum.
β. *Roganda* cum discrimine maioris minorisue certitudinis
aa. De vtilitate et necessitate rerum desideratarum.
bb. De conformitate desideriorum nostrorum cum diuinis promissionibus.
b. *Cui.*
α. *Nobis.*
β. *Aliis*, illis maxime, qui pro diuersa relatione ad nos publicamque vtilitatem et ratione periculorum plus minusue deprecationum sunt indigi.

5. FORMA seu NATVRA. Vsurpatur vox precum
a. De *habituali* mentis versus DEVM directione.
b. De *actuali* conuersatione cum DEO quatuis, quo sex genera pertinent:
α. Adoratio. Ioh 4, 24.
β. Gratiarum actio. 1 Tim. 2, 1.
γ. Confessio. Dan. 9, 4. 5.

δ. Petitio. Iac. 1, 5.

ε. Deprecatio pro aliis. Eph. 6, 18.

ζ. Consecratio sui ipsius. Matth. 26, 39.

c. De ~~expetitione~~ bonorum a ~~DEO~~.

6. ADFECTIONES. Fundi debent preces

a. *Ratione internorum requisitorum.*

α. Cum attentione. Matth. 15, 8.

β. Paupertate mentis. Gen. 18, 27.

γ. Fiducia in promissis diuinis. Pſ. 27, 8.

δ. Nomine Christi. Ioh. 16, 23.

ε. Secundum DEI voluntatem. Matth. 6, 10.

ζ. Sine intermissione 1 Thess. 5, 17.

b. *Ratione externorum requisitorum.*

α. Sine superstitioso delectu temporis, loci, gestuum et verborum. Matth. 6, 5-8.

β. Sollicita tamen illorum omnium adcommodatione ad fines precum internamque singulorum conditionem.

7. FINIS

a. *Vltimus*, gloria DEI.

b. *Intermedius*, felicitas hominum.

8. INCITAMENTA AD PRECES.

a. Mandatum diuinum.

b. Acceptatio precum apud DEVM.

c. Sensus indigentiae et calamitatum nostrarum alienarumque.

d. Multitudo et magnitudo bonorum, quibus nobis opus est.

e. Exempla aliorum.

f. Conscientia voluptatis inde captae.

ARTI-

ARTICVLVS XX.

DE ECCLESIA.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. HOMONYMIA. Denotat *ecclesia*

1. Quamuis hominum conuocatorum congregationem.

2. Ex vsu scripturae, societatem hominum cum DEO per Christum coniunctorum.

IV. SYNONYMIA. Variis nominibus impropriis insignitur.

V. SEDES. Eph. 5, 23-27.

VI. IPSA EXPLICATIO HVIVS DOCTRINAE.

I. CAVSSAE

a. *Efficiens*, ipse DEVS, et singulae diuinae personae.

b. *Instrumentales*, doctores ecclesiae.

c. *Mouens*.

α. *Interna*. DEI amor.

β. *Externa*

aa. Christi meritum.

bb. Hominum conditio misera.

d. *Materialis*, soli et omnes regeniti, 1 Cor. 14, 33.

α. Quoad in illa conditione permanent.

β. Differunt diuersitate donorum et mutuae relationis ad se inuicem.

II. DIVISIO. Diuidimur ecclesia in

a. Visibilem et inuisibilem.

b. *Veram* apostolicam seu orthodoxam, et
c. *Falsam* seu erroneam.
Vniuersalem et *particulares*:
α. Ratione *loci*.
β. Ratione *temporis*.
d. *Syntheticam* et *repraesentatiuam*.
e. *Militantem* et *triumphantem*.

3. PROPRIETATES illius. Dicitur inuisibilis, potissimum ecclesia
a. *Vna*
α. Absolute.
β. Respectiue et exclusiue.
b. *Sancta*, ob sanctitatem
α. Capitis;
β. Membrorum;
γ. Coniunctionis eorumdem;
δ. Doctrinae.
c. *Catholica*
α. Ob orthodoxiam.
β. Ob vniuersalem propagationem.
d. *Apostolica*, ob doctrinam illius apostolorum ministerio nixam.

4. CHARACTERES verae ecclesiae sunt visibiles
In genere
α. Conformitas doctrinarum religiosarum cum reuelatione in sacris litteris facta.
β. Conformitas cultus diuini cum eadem reuelatione.
b. *In specie*
α. Libera et incorrupta verbi diuini praedicatio.
β. Intemerata sacramentorum administratio.

5. FOR-

5. FORMA. Consistit in duplici regenitorum coniunctione
   a. *Cum Christo* tamquam physico et morali capite. Hinc enascitur *communio bonorum malorumque cum eodem.* Eph. 1, 22.
   b. *Hominum* cum Christo coniunctorum *inter se inuicem.* Vnde oritur *communio mutua obiectiua* et *subiectiua.* 1 Cor. 12, 26.

6. FINIS
   a. *Vltimus*, gloria DEI.
   b. *Intermedius*
      α. Salus regenitorum.
      β. Inuitatio et praeparatio irregenitorum ad ineundam cum DEO societatem.

ARTICVLVS XXI.
DE MINISTERIO ECCLESIASTICO.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina ~~pura~~ et fundamentalis.

III. SEDES. Eph. 4, 11. 12.

IV. EXPLICATIO HVIVS ARTICVLI.

1. CAVSSA EFFICIENS seu AVCTOR DEVS est, et singulae diuinae personae.

2. CONSTITVTIO MINISTRORVM SACRORVM, quae absoluitur
   a. *Vocatione* impertienda diuino nomine.
   b. *Ordinatione* precibus et sollemni manuum impositione peragenda.

3. NATVRA ET INDOLES MINISTERII, quae absoluitur
   a. Praedicatione doctrinarum ad salutis ordinem pertinentium, facienda
      α. Ore;
      β. Vita.
   b. Procuratione cultus diuini publici sacrorumque peragendorum.

4. REQVISITA MINISTRORVM
   a. *Naturalia*. Tit. 1, 6-9.
      α. *Remotiora*, vt sint
         aa. Mares.
         bb. Sufficientis aetatis.
         cc. Sufficientis formae.
         dd. Sufficientis valetudinis.
      β. *Propiora*, vt gaudeant
         aa. Sufficiente rerum diuinarum scientia.
         bb. Dexteritate illas proponendi.
   b. *Supernaturalia*. 1 Tim. 3, 2-9.
      α. Consistunt in arctiore cum DEO coniunctione et facultatibus a Spiritu sancto productis.
      β. Necessitas eorum probatur ex sacris oraculis variis modis.

5. DIVISIO ILLORVM. Sunt ministri illi
   a. *Extraordinarii*
      α. *Immediate* a DEO constituti.
      β. *Mediate* a viris diuinitus legatis ordinati.
   b. *Ordinarii*.

6. RE-

6. RELATIO ILLORVM AD ALIAS SOCIETATES. Sunt miniſtri eccleſiae
a. *Ratione magiſtratus politici*, ciues.
b. *Ratione rei domeſticae*
α. Libertate gaudent ineundi matrimonii.
β. Victum quaerendi opificiis, licet iure ſuo a reliquis membris eccleſiae ali debeant.

7. FINIS
a. *Supremus*, gloria DEI.
b. *Intermedius*, ſua ipſorum et aliorum ſalus.

ARTICVLVS XXII.

DE MAGISTRATV POLITICO.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Eſt doctrina mixta et fundamentalis.

III. SEDES. 1 Petr. 2, 13-17.

IV. IPSA EXPLICATIO HVIVS DOCTRINAE.

1. CAVSSA EFFICIENS DEVS eſt et ſingulae perſonae diuinae. Vnde conſequitur,
a. Vt Chriſti aduentu ciuiumque ſuorum libertate neutiquam abrogata ſit.
b. Vt quibuscum Chriſto coniunctis ea fungi liceat.
c. Vt rem militarem magiſtratui conſeruando neceſſariam profiteri liceat.
d. Vt ſinguli ciues ipſius eidem ſubiiciantur.

2. SVBIECTVM magistratus
   a. Ciues Christi.
   b. Omnes, qui summa rerum potiti reipublicae praesunt. 1 Petr. 2, 17.
   c. Imperantium summorum legati. 1 Petr. 2, 14.
3. OBIECTVM sunt
   a. Membra omnia et singula reipublicae.
   b. Res omnes pertinentes
      α. Ad publicam vtilitatem.
      β. Ad sacra publica, quorum
         aa. Directio, doctrinae reuelatae conformis, in magistratus potestate est.
         bb. Illaesa tamen conscientiae libertate.
4. FORMA. Complectitur ius triplex:
   a. *Leges ferendi* obligandique ciues in rebus omnibus per diuinas leges non aliter determinatis.
   b. *Puniendi transgressores* et irrogandi supplicia capitalia.
   c. *Bella gerendi* procurandique omnem illorum adparatum necessarium.
5. FINIS
   a. *Supremus*, gloria DEI.
   b. *Intermedius*, felicitas externa et interna
      α. Ciuium reliquorum.
      β. Sua ipsorummet propria.

ARTICVLVS XXIII.

DE STATV DOMESTICO.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina mixta et fundamentalis.

III. SEDES. Col. 3, 18-22. c. 4, 1.

IV. IPSA HVIVS DOCTRINAE EXPLICATIO.

1. DE MATRIMONIO, quod est societas duorum hominum diuersi sexus ad sobolem procreandam et educandam inita; cuius
   a. *Caussa efficiens* est DEVS.
   b. *Caussa materialis* seu *membra illius*, debent esse
      α. Duo dumtaxat.
      β. Diuersi sexus, ad finem matrimonii obtinendum idonei.
      γ. Sanguine aut adfinitate inter se nondum arctius iuncti.
   c. *Coniunctio illorum.* Ineunda est haec societas pacto mutuo, cuius
      α. Obligatio perpetua esse debet;
      β. Soluenda tantum
         aa. Adulterio. Matth. 19, 9.
         bb. Malitiosa desertione. 1 Cor. 7, 15.
         cc. Morte alterutrius partis. 1 Cor. 7, 39.
   d. *Finis matrimonii*
      α. *Supremus*, gloria DEI.
      β. *Intermedius*
         aa. Primarius, procreatio et educatio sobolis. Gen. 1, 28.

bb. Secundarii

αα. Mutuum adiutorium. Gen. 2, 18.

ββ. Fuga prauarum cupiditatum. 1 Cor. 7, 2.

γγ. Repraesentatio arctioris coniunctionis hominum cum Christo. Eph. 5, 23-32.

2. DE SOCIETATE PATERNA. Col. 3, 18-22.

a. *Definitio.* Est mutua infantum cum parentibus suis coniunctio ad eorumdem educationem constituta.

b. *Caussa efficiens*, DEVS ipse.

3. DE SOCIETATE HERILI. Col. 3, 22. c. 4, 1.

a. *Definitio.* Consistit in mutua hominum obligatione ad seruitia et mercedem sibi inuicem exhibendam.

b. *Caussa efficiens*, DEVS.

ARTICVLVS XXIV.

DE MORTE.

I. NEXVS.

II. SEDES rerum nouissimarum connexarum. Ioh. 5, 28. 29. Rom. 2, 9-12. 16.

III. EXPLICATIO ARTICVLI DE MORTE.

1. INDOLES. Est doctrina mixta et fundamentalis.

2. HOMONYMIA. *Mors* significat

a. *In genere* omnem vitae et felicitatis privationem.

b. *In*

b. *In specie* priuationem vitae naturalis; vnde adiectis vocibus *naturalis*, *corporalis* et *temporalis* insignitur. Joh. 11. 11

3. SYNONYMIA Dicitur et *obdormire*, *congregari ad gentem suam*, *viam omnis carnis abire*, *finem*, *exitum*, *dissolutionem consequi*, *tentorium*, *vestem externam exuere* cet.

4. CAVSSA EFFICIENS ET ORIGO.

a. *Remotiue*: Non est DEVS; licet hanc poenam indixerit.

b. *Positiue*: Sed satanas et ipse homo. Ioh. 8, 44. Rom. 5, 12.

5. SVBIECTVM sunt omnes in vniuersum homines. Rom. 5, 12. Excipiendi tamen

a. Christus. Ioh. 10, 18.

b. Sine morte ad aeternitatem euocati. Gen. 5, 24. 1 Cor. 15, 51.

6. FORMA mortis. Consistit in solutione compositionis partium corporis, qua illud ineptum redditur coniunctioni cum anima continuandae eiusque separationem patitur. Vbi

a. Anima manet superstes suique conscia.

b. Ipsae partes simplices corporis in mundo conseruantur.

7. GENERA mortis sunt varia, vnde ipsa mors diuidi solet

a. In *naturalem* sensu strictissimo.

b. In *praeternaturalem* seu *violentam*; quae oritur, concurrente semper DEO, ex caussis

α. Externis,

β. Internis.

8. STA-

8. STATVS CONSEQVENS. Animarum a corporibus separatarum conditio indoli earumdem et relationi ad DEVM praegressae conformis erit.

ARTICVLVS XXV.
DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis. *1 Corinth XV.*

III. HOMONYMIA. *Resurrectio* significat restitutionem vitae et felicitatis
1. *Ciuilis.* *Hosea. 6.*
2. *Spiritualis.* *Ephes. 2. 5. Apoc. 6.*
3. *Naturalis* in primis et proprie.

IV. SYNONYMIA. Variis insignitur nominibus.

V. SEDES. Ioh. 5, 27-29. *1 Cor. 15*

VI. IPSA RESVRRECTIONIS EXPLICATIO.

1. CAVSSA EFFICIENS, DEVS, et singulae personae, in primis Filius.

2. SVBIECTVM sunt omnes homines mortui, exceptis illis, quos superstites deprehendet postremus Christi aduentus. Ioh. 5, 28. 29. 1 Cor. 15, 51.

3. FORMA ET NATVRA illius. Absoluitur resurrectio
a. *Restitutione corporum* morte dissolutorum futuro statui conuenientissima. *Gnosis.*
b. Con-

IV. εγειρεσθαι, ανασθηναι, ζωοποιειν, prodire ex sepulcris ~~et~~

Articulus XXVI.

cujus frequentissima mentio
est in sacris literis.

Adventus Christi, apparitio Christi 25, 12
dies Christi 2 Thes 2, 12.

b. *Coniunctione corporum* ita restitutorum cum suis singulorum animabus instauranda.

4. FINIS
a. *Vltimus* est gloria DEI.
b. *Intermedius*,
α. Publica iudicii vniuersalis celebratio.
β. Sententiae decretoriae de singulis pronuntiatae exsequutio.

5. DEMONSTRATIO CERTITVDINIS. Probatur
a. *Possibilitas* eius
α. Ex ipsa rei illius notione, quae ab omni contradictione remotissima est.
β. Ex indubiis illius exemplis.
b. *Probabilitas* ex iustitiae diuinae consideratione.
c. *Certitudo* ex oraculis diuinis
α. *Veteris testamenti.* Exod. 3, 6. coll. Matth. 22, 31. 32. Iesa. 26, 19. Dan. 12, 2.
β. *Noui testamenti.* Ioh. 5, 28. 29. c. 6, 39. 40. c. 11, 24. Actor. 4, 2. 1 Cor. 6, 14. c. 15.

ARTICVLVS XXVI.
DE IVDICIO EXTREMO.

I. NEXVS.

II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.

III. SYNONYMIA. Dicitur *iudicium extremum, vniuersale*, cet.

IV. SEDES. Ioh. 5, 27 - 24. Rom. 2, 9 - 12, 16.

V. IPSA

V. IPSA HVIVS DOCTRINAE EXPLICATIO. act. 17.

1. CAVSSA EFFICIENS seu IVDEX DEVS est, et singulae personae, in primis Christus, Ioh. 5, 22. cui adparebunt et intererunt
   a. Angeli. Matth. 16, 27. c. 24, 30 sqq.
   b. Ciues Christi. Iud. 14, 15. 1 Cor. 6, 2. 3.
2. CAVSSA MATERIALIS seu OBIECTVM
   a. *Personale.* 2 Y. 2, 4.
      α. Omnes homines. 2 Cor. 5, 10. Matt. 28. 32.
      β. Angeli mali. Iud. 6.
   b. *Reale.*
      α. Conditio eorum interna ad Christum DEVMque relata. Marc. 16. 16.
      β. Effectus eiusdem et testificationes omnes, quo et cogitationes et consilia pertinent. Apoc. 20, 12. Matth. 12, 36. 1 Cor. 4, 5.
3. FORMA complectitur
   a. Congregationem iudicandorum omnium.
   b. Caussae cognitionem instituendam
      α. Ad DEI omniscientiam.
      β. Ad hominum conscientiam.
   c. Pronuntiationem sententiae decretoriae
      α. *Absolutoriae* ex *euangelio.* Matth. 25, 34.
      β. *Condemnatoriae* ex *lege.* Matth. 25, 41.
   d. Exsequutionem huius iudicii.
4. PRAECEDENTIA.
   a. Aduentus Christi glorioſissimus. Matth. 25, 31.
   b. Locus et tempus, quae determinari nequeunt. Matth. 24, 36.

5. FINIS

cum multa astra desideventur quorum ab veteribus mentio facta est videtur vero simile etiam solem nostrum sic aliquando mutatum iri cum planetis.

Articulus. XXVII.

II. hoc est ex sola sacra scriptura petenda quae tamen ipsam vitae aeternae rationem naturam et modum nos docere plene non potuit hoc rationes Joh: 3,12. 2 Cor: 12,4 allatas.

pura

III. 2. item mediam illam eorum qui in fide sunt defuncti

3. Quam consequentur in Cristum credentes post resuscitationem ex mortuis.

a. Indicantibus locum 1 paradisus Luc 23,43 terra viventium Ps 27,13 Coelum Math 5,12 tentoria perpetua Luc 16,9. coelestis Hierosolyma apoc: 21,1.2.

b. Regnum dei, haereditas dei act 20,32. premium Abrahae Luc 16,22 gaudium domini Math 25,24 pax, gloria, corona, salus etc.

Dozx. 2 subj.

Qui in Cristum non credunt vitae aeternae exortes non propterea erunt quod ipsis a Deo infiteatur sed quoniam propter

5. FINIS
   a. *Vltimus*, gloria DEI.
   b. *Intermedius*, remuneratio actionum.
6. EVENTVS ET CONSEQVENS eius est consummatio mundi seu saeculi finis, qua telluris nostrae compages cum corporibus connexis conflagratione 2 Petr. 3, 10.
   a. Soluetur.
   b. Penitus immutabitur.
   c. Interibit.

ARTICVLVS XXVII.

DE VITA AETERNA.

I. NEXVS.
II. INDOLES. Est doctrina pura et fundamentalis.
III. HOMONYMIA. Significat *vita aeterna*
1. Christum, auctorem felicitatis nostrae.
2. Ipsam felicitatem inchoatam.
3. Felicitatem consummatam, quae variis denominationibus insignitur, indicantibus
   a. Locum.
   b. Statum et conditionem.

IV. SEDES. Ioh. 5, 27-29. Rom. 2, 9-12. 16.

V. IPSA HVIVS DOCTRINAE EXPLICATIO.

1. CAVSSA EFFICIENS DEVS est, et singulae personae diuinae.
2. SVBIECTVM sunt omnes et soli, qui in vera cum Christo coniunctione ad finem perseuerarunt. Matth. 10, 23.
3. FONTES COGNITIONIS sunt
   a. Oracula diuina, quae eius rei fidem dant.
   b. Prae-

b. Praegressa hominum cum DEO iunctorum felicitas praesens, olim mirifice augenda. 1 Joh. 1, 3—4.

4. NATVRA eius. Consistit in perpetua progressione ad maiores perfectiones coniunctione cum DEO obtinenda. Quo pertinet
a. *Absentia* omnium malorum. Apoc. 21, 4.
b. *Visura* bonorum omnium, quae in homines cadunt:
α. Intuitiuae cognitionis DEI. 1 Ioh. 3, 2.
β. Gloriae externae cum iucundissima angelorum Christique ciuium consuetudine coniunctae. Luc. 13, 24. Matth. 13, 43. Phil. 3, 20. 21.
γ. Gaudium aeternum. 1 Petr. 1, 8.

5. GRADVS admittit haec felicitas perennis. 1 Cor. 15, 41.

6. OPPOSITVM vitae aeternae est *mors aeterna*.
a. *Definitio.* Consistit in sensu ingratissimo
α. *Priuationis* bonorum;
β. *Praesentiae* malorum, quo pertinebunt
aa. Separatio a DEO miserrima. Matth. 7, 23.
bb. Cruciatus interni externique. Apoc. 14, 11. 1 Thes. 1, 9.
b. *Gradus* admittit haec infelicitas aeterna; quod comprobatur
α. Ex necessaria progressione habitus illegitimi.
β. Ex oraculis diuinis. Matth. 25, 46. c. 26, 24. c. 16, 26. c. 11, 22. 1 Cor. 15, 41.

FINIS.

habitum mentis a Deo alienum
aeterna felicitate non majis perfrui pos-
sunt quam regni coelestis bonis hic potiri
potuerunt.

127327

a. quibus miseri sunt homines
nec enim a finitis naturis omnia mala ab-
esse possunt.

ad 1 Cor. 13, 9=12. ceterum haec cognitio maxima,
clarissima, fructuosissima, suos limites
habebit.

v. hic vero gravissime est praecipien-
dum ne epicureorum, aut mohatne danorum
felicitatem somniemus, cum magna pars feli-
citatis futurae in eo consistat ut cujus generis
voluptates non requiramus sed aspernemur.

u. quos exquisitissimos futuros esse
sacra scriptura, imaginibus, et tropis
quod adhibet docet.

Gillet est bonne homme

ULB Halle 3
006 309 925
vol 18

B.I.G.
Farbkarte #13
Centimetres
Inches
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

E. 1769

IO. FRID. LÜDEKE,
RECTOR. LYC. NEOBRANDENB. BIBLIOTHEC. ET
HVMAN. TEVTONIC. SOCIET. HALENS. MEMBR.

TABVLAE SYNOPTICAE

IN

THESES THEOLOGICAS

SIG. IAC. BAVMGARTEN

CVM

PRAEFATIONE EIVSDEM.

EDITIO III.

CORRECTIOR ET MVLTIS PARTIBVS AVCTIOR.

HALAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI. MDCCLXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-666680-p0349-1
DFG